Ea que fiũt aut fiunt

Neceſſario et ſemper ſicut ſolem ſplendere ignem ardere Quidaz tñ exẽplificant dicẽdo ſolẽ oriri mane. Celuz moueri et hoc male Nam tales effectus fiunt a proposito. intelligentia cñ mouet celũ ex intentione.

Frequenter ſiue vt in pluribus vt ex va poze generari pluuiam

Contingenter que q̃nq3 habẽt impedimentum quorum quedã fiunt

Ad vtrumlibet ſicut que fiunt a cauſa que nõ plus determinata eſt ad vnum effectũ q̃ ad alterum ſibi oppoſitũ ſicut occiſio piſcis a lapide cadente in aquam.

Raro ſiue in paucioꝛib⁹ que vt in pluribus hñt impedimentũ vt hoiez naſci duobus capitibus et ſic de alijs. Et in talib⁹ ſolum fit caſus et fortuna

Nota ſecundo

De differentia inter caſum et fortunã ex. ij. phi. vbi pbus multis differentijs differt ficat caſum a fortuna. Prima qz caſus eſt in plus q̃ fortuna qõ oſtendit ex tribus. Primo quia fortuna ſolum eſt in animatis et habẽtibus intellectũ deliberantẽ. caſus vero tam in animatis q̃ inanimatis. Vnde nullum inanimatũ facit aliquid a fozruna neq3 infans qui adhuc nõ valet vti intellectu deliberante neq3 beſtia eo ꝙ talia ꝓpoſitũ non hñt et ideo euſortunitũ neq3 infoꝛtuniũ accidit eis niſi ſm metaphoꝛã et ſit tradues i i cut lapides ex quibus fiunt altaria vel imagines deorũ ꝓtarchos dixit eſſe bene fortunatos eo ꝙ adorantur et honorant ſed copulati eis qui ſunt eis ſimiles concinnant pedibus. Caſus vero eſt in alijs animalibus ab homine operãte intellectũ ſicut equus venit caſu et ſaluatus eſt a lupis. Perditus eñ fuiſſet ſi nõ veniſſet non tũ venit ꝓpter hoc ꝙ ſaluaret ſed vt cibũ ſumeret et ſimiliter tripoda cecidit eo ꝙ remotũ fuit illud quod ſuſtẽtabat eã Cadens aũt cecidit ſic vt eſſet apta ſedenti ſup eam et hoc fuit caſus quia nõ cecidit ꝓpter hoc ſed vt in medio quieſceret vñ. j. celi Oñe ponderoſuz et graue a circumferẽtia deorſum tendit ad centrum. Secundo ideo quia caſus eſt vniuerſaliter in his que fiunt ꝓpter finem vt probat philoſophus per ſignum. Fortuna autem in his que fiunt ꝓpter finem a ꝓpoſito. Tertio quia fortuna non eſt cauſa eorum que fiunt extra intentionẽz nature quorum tamen cauſa per accidens eſt caſus et hec ſunt differentie minus principales. Alia eſt differentia magis principalis qꝛa caſa fortuita eſt extranea ſuo effectui ſed caſualis intrinſeca quia cauſa fortuita eſt ars vel ꝓpoſitum et quia hec eſt extrinſeca artificiatis ideo ſi circa artificiata aliquid per accidens contingit et fortuitum hoc dicitur eſſe ab extra. Sed caſus in opere nature quandam cauſaz habet intra que videlicet eſt materialis vel diminutio materie vel corrupt'o alicuius principioꝛum in materia. Principium autem rei naturalis dicitur ab intra vt ſupra ergo. Ex quibus differentijs patet ꝙ caſus eſt in plus q̃ fortuna. Quicquid enim a fortuna eſt etiam a caſu eſt ſed nõ ꝑuertitur. Non eñ omnis caſus eſt a fortuna

Liber primus

Nota tertio

Ex omnibus predictis quedā corolaria. Primum q̄ eadē res numero est causa per se et per accūs respectu diuersorū vt aīa est causa per se operationū illarū quas producit ex intētione vel naturali inclinatiōe qua est natura que est causa per se motus. Est autem causa per accūs respectu effectus non intenti. Secundū corolariū solum anima intellectiua vel intellectus practicus est fortuita et solus hominibus ratione vtentib⁹ obtingunt fortuita non brutis neq; inanimatis vt supra. Est enim fortuna nihil aliud nisi intellectus practicus respectu effectus non intenti vt fodere terrā et inuenire thesaurum quod patet .vj. metaphi. et .ij. phi. vbi dicitur q̄ fortuna est causa ſm accidens in factis ſm electionē idest voluntatē practicam et .ij. phi. necesse est circa practicum esse fortunā. Hoc tamen scias q̄ sapientibus raro contingit aliquid fieri a fortuna nam dicit phus vbi maximus intellectus ibi minima fortuna et ecōtra vbi minimus intellectus ibi maxima fortuna. Et est ratio quia vbi est maximus intellectus ibi est maxima deliberatio Ideo sapientes agunt ex deliberatiōe sed minus sapientes non ita multuz deliberant ergo eriā eis multa euenīūt a fortuna et sic dicit Seneca q̄ prudenti raro aliquid euenit preter intentū. Tertiū corolarium q̄ lusoribus et taxillatoribus nō accidit denominatio fortune in hoc q̄ ludendo vel lucrant vel rerū suarum iactura pacinūt q̄ vtrūq; effectū contingere prenident lucrum quidem per spem Amissionē vero per timorez q̄uis vulgares Lusores quosdā fortunatos in ludo esse dicant. Quartum respectu diuini intellectus nihil casuale et fortuitū dicit quia preuidet omnia et ab eterno cognouit omnia futura. Quintū q̄ non fit hic mentio de fortuna que a poetis fingitur dea rerum talium. Fingunt enim poete in limine iouis idest in mundo que est domus dei duo dolia vini quorū vnum optimo vino sit refertum . alterum vero vili et fozum. sed quia fortuna ceca est indifferenter dispensat de bono vel malo vino. qui ergo bibunt de bono vino inde prosperos successus habent qui vero de vili in varias calamitatum erumnas labuntur. et illa fictio poetica in uerborū cortice apparet Inanis et ridicula quare metaphorice est intelligēda. Est enim poetarum velaris et figuratis verbis de veritatibus rerum contendere et multa supra fidē proferre versiq; ficta addere et verborū strepitu grandiora facere si enim figmentū a poeta remoueris iam ipse poeta non erit vt latius circa rethoricorum philozophi.

Post hec dicendum est de fortuna et casu quid sint et que earū differentie sint Multa enim a casu et fortuna fiunt et contingunt. Quid enim sit casus et fortuna ſm Aristo. inuestigari potest. Eorū que fiunt quedā fiunt propter hoc idest quia intēta sunt Quedam vero non propter hoc idest q̄ intenta non sunt vt alteuez inuenire thesaurum cū fodit sepulchrū. Non enim fodit propter hoc vt thesaurum inueniat ¶ Item eorum que fiunt propter hoc quedam fiunt a proposito idest ab vsu liberi arbitrij. Quedam a natura et illa fiunt a natura vt dicit Aristo. ij. phi. quecunq; in seipsis a quodaz princi-

Summularum Alberti

pio cōtinuo uota accedūt ad aliquē finē sicut patet in febricitante vel natura operatur. ¶ Item eorū que a natura fiunt Quedaz a natura semper fiunt vt oriri solem in obliquo circulo. Quedā vt frequenter et non semper vt pluuiam generare ex vapore. Quedam vt raro vt arbores tempore hyemali pullulare. ¶ Eorum itaq; que fiunt a proposito. propter hoc causa per se est propositum. Et eorum que fiunt a natura propter hoc. causa per se est natura. Sed eorū que non fiunt propter hoc. causa per accidens est casus et fortuna. Causa per accidēs dico quia fortuna et casus accidunt causis per se. Quod sic patet vt si quis iret ad forū vt emeret carnes eū venit ad forū inuenit thesaurū ex casu: qui casus accidit cause per se sez eunti ad forū. ¶ Oportet autē q̄ fortuita et casualia raro fiant. Si enim frequenter fiunt nō dicūtur casualia et fortuita vt si eunte ad forū cōtingit bellare. ¶ Differt aūt fortuna a casu: Quoniā fortuna est tantū in agentibus ſm propositum Vñ cōtingere fortunā est in teb⁹ que p intētionē agunt. Vnde neq; in animatu. neq; iusans. neq; brutū agunt aliquid a fortuna. quoniā nō habent propositum. Neq; eufortunium neq; diffortunium est in his nisi ſm similitudinē sicut dicit Plotarchos eufortunatos esse lapides in quib⁹ fiunt altaria cū honorentur. Diffortunatos autē illos qui ponuntur in pauimento quoniā pedibus calcantur. Sed casus est in non habentib⁹ propositū vt in brutis et in inanimatis vt equus casu venit ad domum et saluatus est a lupis Nō enim propter salutē uenit ad domū. Sed vt cibū sumat. Et tripes cecidit et sedes facta est. Non enim cecidit propter hoc vt sedes fieret sed vt in medio quiesceret Sicut omne pondē

rosum tendit ad centrum Sic ergo patet ꝙ omnis fortuna est casus

Sed non conuertitur. ¶ Et nota ꝙ in his

Vnde tam in his que sunt ſm artem q̄m in his que sunt ſm naturam fit peccatū quod apparet tā in arte que imitat̄ naturā in ope non naturali q̄m in illa que perficit opus naturare z iuuat naturā in opere naturali. Exemplū primi est ꝙ aliquando non recte scribit grammaticus. Et tunc propter omissionem aliquorum principiorum artis non peruenit ad finem orthographie. Nam grammatica q̄tum ad ortographiam scientia est recte scribendi. Exemplum secundi est cum medicus aliquando propter omissionem alicuius principiorum potauit euacuatiuum non recta potione. Cum ergo ars imitetur vel compleat naturam accidit etiam peccare in natura quando scilicet natura operans propter corruptionem alicuius principij naturalis non peruenit ad finez ſm̄ verum a natura sicut patet. ij. phi.

Notandum primo

Q̄ monstrum ſm Albertum est individuum speciei notabilem habens defectum saltem a natiuitate quod additur ſgnanter. quia animal truncatum vel mutilatum nō dicitur proprie monstrum. Vel est defectus sub dispositionibus sue speciei disconuenientibus productus. Et quia monstrositas est quidam defectus vel naturalis rei indispositio sequitur ꝙ homines monstrosi sunt defectuosi non solum ſm corpus sed etiam ſm animam. Nam ſm phm in de vsionomia malicia corporis attestatur maliciam anime. Sed ſm Aristo. ij. phi. Monstrum dicitur peccatum eius quod propter aliquid fit z dicitur a monstrando. quia digito consueuimus ea monstrare que talem patiuntur corporis deformitatem. Et sunt duo in monstro sicut colligitur ex predictis notificationibus Quorum primum est dispositio inconueniens Alterum vero subiectum indispositum. Et ideo dupliciter cōtingit loqui de monstro. Vno modo ſm subiectū et sic substantialiter. Alio modo ſm dispositionem et sic formaliter. Vnde monstra substantialiter intenduntur a natura non autem dispositiue et formaliter. Patet primum quia que cunq̄ sunt eiusdem speciei cum producente intenduntur a natura. Sed monstra substantialiter sunt huiusmodi ergo. Maior patet de se et ex. ij. de anima. Sed minor probatur quia homo monstrosus substantialiter et homo perfectus sunt eiusdem speciei. Preterea l̄ nis per se generatus intenditur a natura sed monstra substantialiter vel subiective sunt huiusmodi igitur. Maior nota sed minor probatur quia ratione forme substantialis monstrum quodlibet est terminus generationis per se. Patet secundum nam oppositum intenti a natura non intenditur a natura. Sed monstrum quodcunq̄ dispositiue denominatiue seu formaliter acceptum est oppositū intenti a natura ergo. Maior nota quia natura simul non intendit opposita nam ipsa simul producere no potest que ueq̄ in eodem subsistere possunt. iij. metb. Minor probatur quia natura eo ꝙ dirigitur ab ente infallibili cum sit opus intelligentie non errantis ſm phm principaliter intendit dispositionem naturalem et non deformitatem. Monstrum autem dicit quandā imperfectionem ergo. Preterea contingens extrinsecum accidentale non intenditur a natura Sed monstrum dispositiue acceptum est huiusmodi ergo Maior nota ex natura solum intendit contingentia per se Sed minor patet Nam monstrositas accidit per extrinsecum et casualiter et per alicuius principij principaliter concurrentis defectionem Quot autem et quibus modis fiant talia peccata vide alibi in parvulo et in generali questione de monstris. Nec tamen monstra sepius apparent in animalibus q̄m plantis et adhuc sepius in hominibus q̄m bestijs in quo defecit Empedocles Ratio primi quia mollius est semen animalis et plura exiguntur ad terminationem eius q̄m plante Etiam animal difficilius est generationis planta vero facilis. Ideo facilius fit vt corrūpatur aliquod principium generationis animalis q̄m plante. Ratio aūt secundi. Nam homines agunt ex deliberatione et propter appetitum inordinatum sepe agunt tempore indeterminato Bruta aūt vniformiter agunt circa tempora nature conuenientia et magis regulariter ideo non est mirandum in eis pauciora q̄m in hominibus fieri monstra.

Nota secundo

Ex omnibus predictis. Q̄ Causarum alia est per se que est essentialis rei naturalis generabilis et corruptibilis determinata et finita eo ꝙ est ſm formam determinatam. Et illarum sunt quatuor saltem in rebus naturalibus compositis. Quarum talis est sufficientia Nam cum omnis causa influat super effectum constituendo ipsum Aliud influens Aut est intus aut extra et siquidem est intus aut est ſm actum aut ſm potentiam siue ſm id quod subsstat vel ſm id cui tanq̄ qualitati essentiali subsstat siue ſm rationem perfectibilis. aut ſm rationem perficientis. Si est ſm potentiam et subsstans et perfectibile sic est materia. Si autem est ſm actum et naturam que subsstat est perficiens tunc est forma. Si autem tale influens est extra tunc vel est mouens. vel intentio mouentis. Primo quidem modo est efficiens. Secundo vero est finis. Et dixi singnanter in rebus naturalibus compositis. Nam rerum simplicium non sunt tot cause essentiales et per se vt dixi circa Parvulum. Alia autem dicenda de illis quatuor essentialibus modis causarum differuntur vsq̄ ad primam philozophiam. Alia est causa per accidens que scilicet est per accidens talis ab accidēte communiter dicta z infinita. hoc est indeterminata eo ꝙ sunt infinita ſcōm formam que accidunt vni et eidem. Nam infinita accidentia possunt hominem inducere vt vadat ad locum vbi inueniat thesaurū quem tamen non intendebat. Ideo dicitur secundo philozoū et. vj. prime philozophie Q̄ infinita vni accidunt.

Nota tertio

Q̄ inter quatuor causas essentiales et per se tres sunt sibi inuicem cause Sicut forma talis efficiens et finalis. Nam omnes tales habent rationem actus. Forma enim est actus vij. metaphisice nā actuat materiam. Efficiens per se etiam est actus vel saltem habet rationem actus. Sic etiam causa finalis est actus qui introducitur per operationes alicuius Et per consequens ille tres cause possunt coincidere. Verbi gracia. Anima substantialis est causa formalis compositi. Nam dat composito denominationem formale et specificam. Et est causa efficiens in ordine operationum ab ea procedentium. Omnis enim actio et corporis animati operatio. siue sit actio propria siue communi attribuitur anime vt principali agenti. Et est finalis respectu materie. Nam materia ad hoc ordinata est ꝙ subsstat forme. Materia autem nunq̄ coincidit cum illis. Ratio quia materia est nuda potentia. v.j. metaphisice. Sed nuda potentia nunq̄ coincidit cū actu. Nam sunt primo diuersa ex prologo de anima.

¶ Et nota ꝙ in his que fiunt propter hoc siue fiant a proposito siue a natura contingit sepe fieri errorem. Vel in faciendo plus Vel minus Vel indebite. ¶ Ab errore qui contingit in his que fiunt a proposito causatur peccatum propositi Vt si grammaticus errat in scribendo peccat in ortographia. Similiter si medicus errat in potionādo peccat in administrando et medicinis. ¶ Ab errore vero qui fit in his que fiunt a natura causatur peccatū nature sicut sunt monstra Vnde dicit Aristo. phisicorum Monstra sunt peccata in natura illius quod propter ali

quid fit ſicut propter errorem nature contingit in animalibus fieri bo
ſuigenas vel bipertenas. Et in plantis bigitenas almigenas ¶ Bi
igitur ad preſens determinatum eſt de cauſis que et quot ſint. Quat
tuor enim ſunt numero ſcilicet materialis formalis effitiens et finalis
de quibus dicit Ariſtoteles. ij. phiſicorū. Ex conueniant tres multo
ciens in vnaz ſicut quod quid erat eſſe. et cuius gracia fit aliquid. z que
eſt principium motus et quietis et idem eſt ſenſus et intellectus quaſi
diceret q vna cauſa ſepe trium ſuſcipit appellationem. Nam forma eſt
finis reſpectu materie. Et eſt effitiens cauſa reſpectu eorum que fiunt
a natura et eſt cauſa formalis ipſius compoſiti. quia homo generat ho
minē et ſol. Et hec de cauſis dicta ſufficiunt. ¶ Quoniā vt dicit

Vnde inter determinandū de motu dominus Albertus. Primo mouet opiniones phi
loſophorum et primo. Opiniones eorum qui motum eſſe negant ſzm duas opiniones
Quarum prima eſt opinio Parmenidis et Meliſſi qui dicebant motū non eſſe. Ideo
quia impoſſibile eſſet duo corpora ſimul eſſe in eodem loco. Pro cuius opinionis falſi
tate eiuſqz ſolutione

Parmenidis & Meliſſi opinio reputabat ideo, quod dicebant, motū non eſſe, ideò, quod duo corpora ſimul eſſe in eodem loco non poſſunt.

Nota primo

Q; ſicut impoſſibile eſt. iiij. phiſicorum. Et ſzm Autorem ſex principiorum Idē cor
pus eſſe in diuerſis locis ita z impoſſibile eſt duo corpora eſſe in eodez loco. Ratio pri
mi Nam locus eſt terminus locati ſaltem extrinſecus. Inter terminum autem rerum
eſſe rei eſt et nihil extra. v. metaphiſice. Si autem idem corpus eſſet in diuerſis locis
ſequeretur q rerum eſſe eſſet in aliquo et nihil eius extra et rerum eius eſſet extra il
lud et nihil intra Sed hoc implicat ergo eſt ſimpliciter impoſſibile idem corpus eſſe in
duobus locis. Ratio ſecundi quia ſic oporteret q vnum corpus penetraret aliud z ti
eret idem cum ipſo quod eſt impoſſibile ſaltem naturaliter Licet miraculoſe et per di
uinam potentiam fieri poſſet q duo corpora ſunt in eodem ſicut patet de corpore criſti
dum ianuis clauſis apparuit diſcipulis et in eius reſurrectione corpus ſimul erat cum
lapide monumenti quo rancz eorum fundamento ſuppoſito ſilogiſant hoc modo. Si
motus eſt aut aliquid mouetur aut nihil. ſi nihil haberur propoſitum Si vero mouet
aliquid vel mouetur per plenum aut vacuum non per vacuum vt notum eſt. Si vero
per plenum ergo iam vnum corpus eſſet in alio ergo duo corpora eſſent in vno et eodē
loco quod eſt impoſſibile. Hic diſcurſus ſoluitur per negationem conſequentie Et ra
tio eſt quia partes pleni cedunt mobili Et ſic vnum corpus cedit alteri vt quando gra
ue deſcendit deorſum diuidendo aerem tunc partes aeris ſibi cedunt. Sic non oporet
q duo corpora ſint in eodem loco niſi alterum eorum eſſet glorificatum vt corpus criſti
poſt reſurrectionem vt ſupra.

Nota ſecundo

Vnus

Q; aliqua dicuntur vnū tripliciter ſcilicet ſzm continuū Indiuiſibile. z quezū rō diffi
nitiua que dicit quidem eſſe eorum eſt vna Si igitur omne quod eſt eſt vnum continuū
quod dicunt Melliſſus et Parmenides tunc ens eſt multa potentia ad minus quia con
tinuum eſt diuiſibile in infinitum ſicut materia generabilium videtur in multa gene
rata per actionem generantis. Sed hoc eſt contra iſtos viros. Nam dicebant omnia eſ
ſe vnuz quod in multitudine non poteſt deduci. Similiter non poteſt dici q entia ſint
eadem indiuiſibilitate. Si enim ens omne aliter ſit vnum tunc non poteſt dici q ali
quid ſit quantum vel aliquid ſit quale. Nam quantum ponit diuiſibilitatez in quanta
et quale eſt diuerſum per eſſentias diuerſorum predicamentorum. Si autē nihil eſt quā
tum tunc nec eſt finitum ſicut dicit Parmenides negz infinitum ſicut dicit Melliſſus.
quia indiuiſibile eſt in quantitate ſicut finis qui nec finitus eſt per aliquem finem Negz
eſt infinitus ſicut carens fine quē natus ſit habere ſicut punctus finis eſt linee. Et negz
eſt finitus negz infinitus. Similiter vnitas in numeris et forma in materia. Si autem
dicatur q omnia ſunt vnum ſicut quorum diffinitio eſt vna. Sicut vna eſt ſzm nomen
generis diffinitio tunice et indumenti. tunc oportet q dicat rationē et poſitionem De
racliti eſſe veram ſcilicet q vna eſt diffinitio iudicans eſſe bono et malo que ſunt cōtra
ria et vna eſſet diffinitio et eſſe contradictoriorum. ſicut boni et non boni. Ergo idem
ſcōm formam a qua ſumitur diffinitio erit bonum et non bonum. et homo et equs que
omnia ſunt falſa. Et quia omnia phiſica ſeu naturalia entia ſunt mobilia vel ſaltem ad
motum referenda. Omnia enim mouentur aliquo motu celeſtium preter terram z pre
cipue partes que ſunt circa centrum que non mouentur in motu locali. Et dico locali
qua tales virtutibus celeſtium mouentur motu alterationis. Nam cum celeſtia mone
ant inferiora per radios ibi maxima apparet radiorum virtus vbi maxime continguñ
tur. Hoc autem eſt in centro aut circa centrum. Ideo maxime tales partes loco centri
mouentur viribus celeſtium Et hec eſt ratio Ptholomei in quadripartito ſuo Sunt
autem quedam naturalia que motui non ſubiciuntur tamen ad motum referuntur vt
anima et motores corporum celeſtium que etiam ſunt aliquo modo naturalia ſicut partz
ex. viij. phiſicorum. Quicunqz igitur dicunt ens eſſe vnum et immobile ipſi negant
principium eſſe rerum naturalium et negant principium cognitionis et eſſe omnium re
rum naturalium. Nam principia que ſunt plura ſcilicet effitientia materialia et forma
lia ſunt principia eſſe rerum naturalium. et motus earum ergo tollens motum tollit na
turam Et ignorato motu neceſſe eſt ignorare naturam. iij. phiſicorum Quare cuz illis
hec ſic negantibus non eſt ſermo habendus in naturis. j. phiſicorum quoniam negan
ti principia non fit concluſio eo q quando ipſe deductus eſt ad metam inconuenientis nō
videtur ei eſſe inconueniens vt ibidem.

Alia eſt

Opinio zenonis quatuor rationibus motum deſtruentis. vj. phiſicorum. Quorum
vna ponitur hic in preſenti Hoc modo infinitum non poteſt pertranſiri Sed quelibet
pars ſpacij ſupra quam fit motus eſt infinita ergo. Maior nota quia quod tranſitur eſt
finitum Minor quia ſpacium eſt continuum. Sed continuum habet partes infinitas.
Pro qua quidem opinione.

Notandum tertio

Pro ſolutione opinionis zenonis. Q; duplex eſt infinitum quoddam eſt ſcōm quantita
tem quod nec habet principium negz finem et tale non eſt actu ſicut dicit. iij. et. vj phiſico
et primo celi. Aliud eſt infinitum ſcōm diuiſionem dupliciter. Primo ſzm actum et ſic
iterum nullum tale eſt infinitum. Alio modo quo ad potentiam diuidendi Et ſic bene
eſt aliquod infinitum quia hoc quod eſt continuuz poteſt diuidi in partes infinitas ſzm
potentiam Et tale ſpacium poteſt pertranſiri quod ignorabat zenon

Voniam vt dicit ariſtoteles. iij. phiſicorum. Natura eſt

principium motus et status mutationis. Dicto breuiter de princi-
pijs et causis naturalis philosophie conueniens est vt dicamus de mo
tu et quiete loco et tempore. Primo igitur nota de motu inter philo-
sophos diuerse fuerunt opiniones. Quidam enim ponebant motum esse
quidam vero non. ¶ Et eorum qui ponebant motum non esse qui-
dam propterea q̄ esset impossibile duo corpora esse in eodem loco sicut
Permenides et Wellissus. Dicebatur enim probando aut aliquid mo-
ueatur vel nichil. Si nichil habeo propositum. ¶ Si aliquid vel ergo
per vacuum vel per plenum. Si per vacuum ergo qua ratione esset ali
cubi vacuum. eadem ratione vbiq;. ergo totum esset vacuū quod est im
possibile. ergo totum esset nichil Vniuersum. ¶ Si per plenum ergo
Jaz vnuz corpus esset in alio. ergo duo corpora essent in vno et in eodē
loco. quod est impossibile. Vnde dicebant q̄ tantum vnum esset ens cō
tinuum et sine motu et immobile. Aristoteles autem dicit q̄ tales non
sunt philosophi. Quia philosophi presupponunt motum esse. ¶ Alij
autem dicebant motum non esse. propter infirmitatem spatij sicut Zenon
et eius sequaces. Dicebant enim sic si possibile est motum esse. ponatur
inesse naturali motus. Anteq̄ autem corpus moueatur de loco ad locuz
oportet vt pertranseat partem spatij primo anteq̄ totum spatium per-
transeat et iterum partem spatij et sic in infinitum. quia infinite sunt
partes spatij. Sed infinitum non contingit pertransiri. ergo non est
motus. ¶ Sed arist. soluit hoc in septo physicorū et dicit q̄ dupliciter
potest cōsiderari spatiū. Vno mō quo ad actū alio mō quo ad potiam. Ad

actum vero sive quo ad extremitates sic spatium non ē infinitum. Ad
potentiam vero sive diuisionem sic est infinitum. propter infinitatem
partium spatij ¶ Eorum ergo qui ponebant motum esse.

Manifestat opinionem philozophorum ponentium motū esse sicut Democritus z Leu
cippus. Democritus enim posuit indiuisibile moueri per vacuum. Est autē prout hic
sufficit indiuisibilium aliud quidem ſzm speciem et formam sicut homo vel sortes dicit
indiuisibile ſzm speciem. Nam species specialissima in aliam speciem non diuiditur
ſzm Porphirium et beatum Thomam super. 7. prime philozophie de quo nulla hic
fit mentio. Aliud est indiuisibile ſzm quantitatem vt vnitas et punctus non diuiditur
Nam. vj physicorum. Punctus est cuius pars non est. Vno quo

Nota primo

Q; Democritus et Leucippus corpora athomalia. (hoc est indiuisibilia. Nam atho
mum dicitur ab a quod est sine et thomos diuisio quasi sine diuisione) dixit esse rerum
prima principia per quorum aggregationem fieret generatio et per eorundem segrega-
tionem corruptio et dixit ea corpora

	Figno	figura	rotūda. triāgula		
Esse distincta	Tropi hoc est	positiōe	Plā q̄daz ria z sicde alia eorum sūt	Sursū deorsū rē	de quib⁹ vij metb.
	Diatigi	ordine	pora poste. rē		

Et quia illa corpora vniuntur ad inuicem per congregationem et diuiduntur per segre
gationem ideo necesse est q̄ moueantur localiter. Dixit enim Democritus q̄ homo es
set compositus sicut et alia naturalia ex athomis differentibus in positione figura et or
dine vrō. Vnde est intentio Aristo. q̄ indiuisibile ſzm quantitatez sicut est punctus nō
potest moueri per se licet per accidens Et dico ſzm quantitatem indiuisibile. Nam in-
diuisibile ratione est per se mobile sicut homo et animus que sunt species specialissime
formaliter indiuisibiles. Et dico per accidens quia indiuisibile ſzm quantitatem potest
per accidens moueri ad motum illius in quo est. Sicut punctus mouetur per accidens
ad motum linee.

Notandum secundo

Q; si per vacuum non sit motus naturalis z si non motus naturalis ergo null⁹ omni-
no motus. et sic posito vacuo nullus erit motus. Prima conditionalis sic probatur q;
in omni motu naturali inueniuntur differentie positionum Sed in vacuo non possunt
esse differentie positionum. quia vacuum est non ens. Sed non entis non sunt differen
tie Vnde posito infinito et vacuo remouetur motus vt supra in positionibus Sed dif
ferenter quia posito infinito nullo modo ponuntur sursum et deorsum. Sed posito va-
cuo possunt poni sursum z deorsum non tamen possunt ab inuicem distingui. Secunda
pars conditionalis patet Quia motus violentus est sicut priuatio motus naturalis sed
si non potest esse habitus non potest esse priuatio. Sed probatur q̄ posito vacuo nō
potest esse motus naturalis ergo nec violentus.

Notandum tertio

Q; medium potest tripliciter habere ad motū. Quoz enim impedit motū sicut qñ medius
mouet contra motū mobilis vt qñ nauis mouet contra fluuiū impedit ei motu a fluuio
Quandoq; etiam medium non impedit motum nec iuuat sicut medium quod non mo-

Liber primus

uetur sed stat sicut aqua stagnalis. Tertio qualitas medii impedit motuz sicut densitas et de tali loquitur philozophus .iiij phisicozum. Quo supposito ponuntur due cau» se velocitatis et tarditatis in motu. Prima est diuersitas medij. Quia aliquod corpus eque graue mouetur velocius per medium subtilius q̄ per medium grossius. Nā idē lapis mouetur citius per aerem q̄ per aquam. Alia causa velocitatis et tarditatis est figura mobilis quia corpus eque graue mouetur velocius per idem medium si habeat figuram acuram q̄ si habeat figuram latam.

Democriti & Leucippi opinio de motu.

¶ Eorum ergo qui ponebant motum esse. quidam per Vacuum quidā » per plenum. Per Vacuum motum fieri dicebant. Democritus et Leu » cippus et sequaces eorum. ¶ Qui ponebant rerum naturalium princi» pia esse corpora indiuisibilia: que sunt athomi dicta ab a quod est sine: » et thomos diuisio quasi sine diuisione. ¶ Et dicebant q̄ non con» tingeret videre. Nec agere nec esse aliquem motum nisi per Vacu» um. Unde diverunt si totum Vniuersum esset Vacuum contingeret Vi » deri muscam in celo. Aristoteles autem dicit q̄ nec bouem nec asinum contingeret videri in celo Et dicit si totum esset Vacuum q̄ nullus es» set motus. Non enim contingit motum esse per Vacuum. Et hoc de» monstratur in: iiij: phisicorum. Sic velocitas et tarditas motus can» sautur a leuitate et tarditate eius quod moueatur a subtilitate et gross» tie medij per quod fit motus. Monatur ergo q̄ corpus leuissimum mo» ueatur per medium subtilissimum tunc constat q̄ iste motus est Velo» cissimus et motus velocissimus est qui mensuratur tempore minimo. Motus velocissimus.

Velox enim vt dicit Aristo. est quod in pauco tempore multū pertra» sit ¶ Tardū est quod in multo tēpore partū mouetur. ergo si mot⁹ esset q̄ Vacuū cū ipsuz Vacuū in infinitū excedit medium subtilissimū costat q̄

Summularum Alberti

ille motus esset velocior velocissimo et per consequens mensuraretur tē pore minori minimo. Sed hoc est impossibile. Nullus enim motus est velocior velocissimo. nec aliquod tempus est minus minimo ergo per Vacuum non contingit esse motum.

¶ Est enim Vacuum locus carens corpore

Unde phisici est considerationem facere de vacuo sicut suū est considerare de loco Nā quecunqz ex eisdem principijs et rationibus ad vtrauz partem concradictionis indu» cris similem habent incredulitatem essendi et fidem siue essendi credulitatem horum cō siderario pertinet ad eandem scientiam Sed ex eisdem principijs et rationibus Vacu» um et locus accipiunt similem incredulitatem et fidem essendi. Cum ergo locus sit de considerarione phisici erit et vacuum de considerarione phisici. Hoc autem mani» festum est ex hoc q̄ phisici ponunt vacuū esse in genere loci. Nā ponnt esse vacuum si» cut locum quendam et vas. Videtur enim plenum et vacuum et locus idem esse subsiā» tia sed differunt sm esse et diffinitionem. Quia antiqui dixerunt esse plenum id quod est vt locus et vas cum habet in se graue aliquid et grossum visibile et tangibile cuius ipsum est susceptiuum. Cum autem priuatum est illo tunc dicebant idem receptaculū esse vacuum Locum autem dicebant idem per rationem qua susceptibilis est illius nō distinguentes inter locum et vas tanq̄ idem sit vacuum et plenum et locus scōm subi» ectum. Esse autem ipsorum sm rationem diffinitiuam non idem esset.

Notandum primo

Q̄ vacuum ab antiquis pluribus descriptionibus describitur. Quidam enim dicunt q̄ videtur vacuum esse locus in quo nihil est et non vocant locum superficiem contine» tis vel spacium quod est inter superficies continentis suppositum sed vocant locum cu» iuslibet rei capacitatem quocunqz modo dictaz. Et ideo hec descriptio est valde gene» ralis non ponens vacuum aliquam esse naturam determinatam. Et causa huius est qz opinantur q̄ omne ens sit corpus. et q̄ omne corpus sit in loco. et vacuum dicunt esse in quo nullum corpus est. Ideo vacuum est illud in quo nihil est. Sic ergo vbi nō est corpus ibi nihil dicitur esse sm eos. Huic positioni accidunt quedam inconuenientia Primum est q̄ accidit his qui non ponunt vacuum aliquam naturam determinatam sz negatione vniuersali diffiniunt ipsum dicentes hoc esse vacuum in quo nihil est. sequit sm eos q̄ punctus est vacuum. Quia punctus est in quo nihil est. Est aut em hoc incō ueniens cum vacuum sit quoddam spacium et locus similiter. Spacium autem omne diuisibile sit. Si ergo punctus sit vacuum erit spacium diuisibile in puncto Et ita di» uisibile in indiuisibili quod est inconuenies non ergo locus et vacuum erant ita deter minanda q̄ vacuum est in quo nihil est et locus sit id quod capax est alicuius quocūqz modo. Secundo vacuum dicitur esse spacium non plenum sensibili corpore sm tactuz Sic enim diffinitur vacuum a negatione in genere spacij et non a negatione vniuersali simpliciter. Corpus autem sensibile sm tactum est id quod habet grauitatem vel leui» tatem. Unde etiam dubitare potest aliquis in hac antiquorum descriptione quid dici debeat rali hipotasi facta q̄ spacium sit plenum colore vel sono. Verum sit vacuum di cendum aut non. Manifestum est enim. Si dicatur nihil esse plenum nisi quod graui vel leui corpore plenum est q̄ spacium illud est vacuum. Si autem illud non dicatur totum plenum. sed et alia que plena sunt quecunqz tunc illud spacium minime dicetur esse vacuum Et describentibus vacuum sicut nunc dictum est accidit q̄ celum totum est vacuum. Quia non est plenum corpore sensibili habente grauitatem vel leuitatez Accidit etiam idem esse vacuum et plenum. Quia multa sunt plena que non corpore sensibili q̄ totū sunt plena. Tertio modo dicitur esse vacuū sm Platonē id in quo nō

Liber primus

est aliquid quod est substantia corporea perfecta per formam substalem in qua ratione Va cui dicunt quidam Platonicorū corporis materiam esse vacuam anteq̄ habeat formaz Et hoc innuit Plato in Thimeo vbi dicit q̄ materea est formarū gremiū . Hoc enim vacuum verissime dixerunt esse locum eo q̄ locum z materiā idem esse dixerūt quanq̄ non bene . Nam materia non separabilis est vniuersaliter a rebus. Ita q̄ ipsa sit per se sola ab omni forma separata. Et quando dicitur q̄ separatur ab omni forma intelligi tur q̄ successiue separatur ab hac z ab illa. Vacuum autem dicunt antiqui philozophi sicut vniuersaliter separabile illi qui ponunt vacuum esse corpus separatum a corpore quod aliquando est in ipso. Contra illas autem omnes vacui descriptiones est quod di citur quarto phisicorum. de loco et vacuo. Nam vacuum esse locuz necesse est esse. sed priuatum corpore . Manifestum enim ipsum vacuum hoc modo non esse sicut dicunt ipsum esse spacium extra corpus separatum ab ipsis aut in ipsis corporibus inhibitum sicut dicunt dicentes. Poros rarorum corporum esse vacuum et intra corporum natu ram contentiuum. Et talis positio ponentium esse vacuum.

Extra celū seperatū a corpore	Pitagoras	
Infra celū separatū a corpore sicut	Democrit⁹ et Leucippus	sicut ptz iiij. phi.
Inhibitum in corporibus natu ralibus porosis	Aristo	

Reducitur ad tria. nam quidaz dixerūt vacuuz esse locum

Testimonia afferz ad hoc vltimum reducunt experimentum de vase cum cineribus nō vas cineribus plenum tantum recipit aque q̄tum vas vacuum sine cineribus. Cuius causam dicunt esse vacuum quod separat inter particulas cineris. Et hoc quidem ve rum est de cinere et melius inuenitur in farina. Et quanto etiam fuerit farina subtilioz tanto plus recipit aque Ita q̄ aliquando recipit plus aque q̄ vas vacuum capere pos set. Cooperatur autem ad hoc siccitas farine et cineris. Est autem deceptio in expe rimento. quia tres cause sunt quare cinis vel farina plus capit aque q̄ vas vacuū. Una quidem est commixtibilitas. Quia subtilis est cinis et precipue farina. et commiscetur aque et terminat eam et aqua continuat farinam et efficitur vtrunqz retentiuuz alteri⁹ Secunda causa est porositas cineris et farine. quia aqua retinetur in poris cineris et fa rine et plus in poris farine. Nam illa habet poros obliquos ex quibus non potest efflu ere aqua. Et ideo magis continuantur per aquam et aqua euaporante continua manet indurata Cinis autem magis habet poros amplos et rectos et ideo sorbet quidez aquā fortiter sed non bene retinet. et ideo aqua effluente et euaporante discontinuatur cinis Tertia causa est corruptio aque ꝑm partem a siccitate cineris. Quādo enim diuiditur in partibus cineris et miscetur tunc in parte corrumpitur et hoc ostendit signum infal libile. Nam quando postea exprimitur non tanta est quanta fuit quando infundebaī et cinis est minus q̄ prius et hoc precipue euenit in farina. quia in illis poris transfusis re tinetur ita q̄ forte nulla aqua exprimi possit quando bene fuerit admixta farine. Hec igitur sunt scire ex quibus phi dixerunt esse vacuum de quibus lacius iiij. phisicorūz Et quia diffinito vacui valet ad intelligendum q̄ licet angelus moueatur de loco ad locum non autem per medium Vbi

Notandum secundo

Q̄ moueri de extremo in extremum et non per medium potest conuenire angelo sed non corpori Cuius rationem assignat beatus Thomas parte prima questione. liij. arti. secundo. Quia corpus mensuratur et continetur sub loco Ita oportet q̄ sequatur les ges loci in motu suo. Sed substantia angeli non est subdita loco vt contenta ab eo sed est superior eo vt continens Ideo in potestate eius est se applicare loco vt vult vel per medium vel sine medio. Et sicut esse in loco conuenit equiuocce corpori et angelo. Ita et iam et moueri secundum locum . Corpus enim est in loco inquantum continetur

Summularum Alberti

sub loco et commensuratur loco et ideo eius motus est secūm exigentiam loci. et etiam ꝑm continuitatem magnitudinis. Angelus autem non est in loco vt contentus et com mensuratus loco sed magis vt continens. Ideo non oportet vt eius motus habeat cō tinuitatem ex loco sed est motus non cōtinuus Angelus enim est in loco per contactū virtutis Ideo necesse est q̄ motus angeli in loco non sit aliud q̄ diuersi contactus di uersorum locorum successiue et non simul.

Notandum tertio

Q̄ nūc fluens est q̄ est continuatiuum partium temporis et inter talia duo nunc signa ta cadit tempus medium · Aliud est vicissitudinatum siue permanens nunc vt quando considerabatur angelus esse in aliquo loco et postea in alio Et q̄ talis mutatio possit fie ri subito ideo inter talia nūc mediat tempus sicut dicam in loco suo de tempore.

¶ Est enim vacuum locus carens corpore Et hec eadem ratio valet ad intelligendū q̄ licet angelus moueatur de loco ad locum nō autem per medium. Motus enim eius velocior est omni motu corporis in infi nitum et etiam q̄ motus angeli nō mensuratur tēpore sed nunc ¶ Et probatur q̄ inter duo nunc est tempus mediuz et si motus angeli mē suretur per nunc et sic nūc mensuratur tempore. Dicendum q̄ duplex est nunc scilicet fluens et inter duo nunc talia bene est tempus mediuz Tali nunc non mensuratur motus angeli. Aliud est nunc stabilitum et inter duo nunc talia non est tempus medium et tali nunc mē suratur motus angeli. Sed Aristo. dicit motum esse per plenum in actu et per vacuum in potentia sicut videtur quando aliquid mouetur in aere vel per aquam ¶ De motu ergo dicendum est

duplex Nunc

Primum igitur inter ceteras passiones naturalis philozophie de motu est intendenduz Ad cuius notificatione oportet premittere q̄daz necessaria. Premittit em philozoph⁹ iij. phisicorum. tres diuisiones Ex quarum prima accipitur quid sit motus in genere sicut in genere perfectionis et non potentie et ex eadem accipitur secōm quid motus est perfectio sicut secōm genus predicamenti. Tertiam autem diuisionem premittit vt sci atur ꝑm quem modum fluit motus a mobili siue in id quod mouetur .

Notandum igitur primo

Pro prima motus diffinitione. Q̄ ens est duplex. Nam aliquid est q̄ est endelechia solum siue actu Et hoc est ens omnino perfectū non indigens aliquo ad perfectionē eius Aliud est ens q̄ est potentia tm ꝑm quod accipitur vt indigens aliquo ad sui comple mentū Nec est intelligendū q̄ sit aliquid q̄ tm sit in potentia et nullo modo actu quia hoc non potest esse in rerū natura sicut ostenditur in .j. phi. Sed dicitur in potentia eē ꝑm q̄ accipitur priuation in genere immixtū licet habeat formam ꝑm modum alium

quo non accipitur vt in mixtum priuationi. Est etiã circa hoc obseruandũ q illud qđ est in potentia dicitur multipliciter. Est enim aliquid in potentia ad esse sicut materia Et est aliquid in potentia non ad esse simpliciter sed ad esse ſm accidens sicut id quod potest esse album vel nigrum. Tertio aliquid est in potentia nec ad esse primum quod est esse substantiale nec ad esse secundũ quod est accidentale proprie. sed pocius ad hoc q aliquid extra per aliquem modum se habet ad ipsum sicut est potentia ad vbi vel ad situm. Hoc em non est ſm aliquam formam quam acquirit id quod est in potentia sed pocius ex hoc q aliquid quod est locus se potest aliqualiter ad ipsum habere. Nam cũ dico aliquid esse in theatro aut foro significo q aliquid se habet vt circumscribens ali' quod corpus quod dico esse in foro vel in theatro absq; hoc q aliqua fiat mutatio in eo q̃tum ad formam substantialem vel q̃tum ad accidentia eius intrinseca. Et hec pro prima mot⁹ diffinitione. Et q motus est actus imperfectus ex secũda diffinitõe ideo.

Notandum secundo

Q⁹ actus est duplex scz perfectus qui est Quo habito mobile cessat moueri vt summa caliditas est actus perfectus aque. Nam posq̃ aqua est facta summe calida vt ſm de' cem quo ad nostrum modum imaginandi qui summam latitudinem qualitatis constitu tiuus in numero denario graduum amplius non dicitur calefieri. Alius est actus im⁹ perfectus quo habito saltem ſm partem mobile continue sine quiete media acquirit magis ac magis de eodem ſm speciem vt remissa caliditas in aquam introducta prout continue intenditur dicitur actus imperfectus. Si autez intercideretur illa intensio ad aliquatulum temporis eriam q̃tumcunq; minutũ dicerctur actus perfectus. quia sic mobile cessaret moueri. Et hec pro secunda diffinitione.

Notandum tertio

Pro quarta diffinitione Q⁹ perfectio dicitur multipliciter Est enim perfectio prima ⁊ perfectio secunda et vtraq; istarum dicitur tripliciter. Dicitur em perfectio prima ſm prioritatem temporis et dicitur perfectio prima ſm esse ⁊ dicitur perfectio prima ſm prioritatem cause formalis ad actum eius ⁊ omnibus his modis dicitur etiam perfectio secunda respondens prime perfectioni. Est em perfectio prima ſm prioritatem tempo ris illa que est ante omnes perfectiones tẽporis. Et hec ẽ que est via et exitus imperfe cti ad perfectam sicut caliditas primo in aqua acquisita. Et talis perfectio imperfecti est motus in genere acceptus. et secunda perfectio respondens ei est forma ſm quod ac cipitur in ratione finis et termini motus. Est autem perfectio prima ſm prioritatẽ esse ea que est ſm id quod primo principaliter est sicut est illa que est ſm formam substan⁹ tialem. Et huic respondet secunda perfectio que est ſm accidens siue ſm formam ac cidentalem aliquã. Et hoc modo motus est de genere prime et secunde perfectionis. Nam motus est in substantia et accidentibus. Est autem perfectio prima ſm prioritatẽ cause formalis ad effectum eius sicut dicimus q perfectio prima ensis ast figura en sis et perfectio secunda est incidere quod est actus forme et figura ensis. Et hoc modo dicimus q anima est perfectio prima animati corporis. Vegetare autem sentire ⁊ intel ligere sunt perfectiones secunde et vniuersaliter loquendo vnumquodq; est perfectũ prima perfectione ſm esse et est perfectũ secunda perfectione ſm agere et operari quo modo motus nec est prima perfectio entis nec secunda sed est via ad primam perfectio⁹ nem. Cum autem dicimus q motus est perfectio prima mobilis intelligim⁹ hoc de pri mo modo dicta prima perfectione. Quibus breuissime premissis ponitur talis

Diffinitio prima

Motus est endelechia sen actus entis existentis in potentia ſm quod huiusmodi vt al terabilis ſm q alterabile perfectio est alteratio et non qualitas alterans. Nã qualitas alterans est perfectio eius ſm quod est alteratum. Sic similiter augmentatio est actus augmentabilis ſm q augmentabile. In qua diffinitione dicitur primo actus loco gene ris. Et q motus sit actus patet sic. Illud quo aliquid fit in actu prius existens in po'

tentia hoc est actus. Sed per motum aliquid fit in actu quod prius exiſtit in potentia ergo motus est actus. Maior patet quia nihil fit in actu nisi per actus siue formã Mi nor probatur quia in motu mobile acquirit formam quã prius non habuit vt in calefa ctione acquiritur calor et sic per motum potentia calidum fit actu calidum ergo mot⁹ est actus. Secundo est actus entis in potentia. Probatur sic Omnis actus est forma et actus eius in quo semper inuenitur Sed motus semper inuenitur in ente in potentia er go motus est actus entis in potentia. Maior patet quia hoc est de ratione forme natu' ralis q̃ semper inueniatur in suo proprio subiecto. Minor patet. quia aliquid dicitur moueri ex hoc q ducitur de potentia ad actum per motũ. Igitur oportet q illud qđ mouetur sit in potentia Inde sequitur q si aliquid est solum in actu ipsum est immobi le Sicut patet de primo mouente immobili. et si aliquid est simul in actu ⁊ in potentia ipsum simul mouet et mouetur. et ideo agentia naturalia mouent et mouentur a sen⁹ uicem Cuius ratio est quia actus et forma agentis est in potentia in paciente. quia pati ens potest eam recipere et ecõtra actus patientis potest recipi in agente. Verbi gracia Manus calida calefacit pomum frigidum. et pomum frigidum frigefacit manum. Jsto dicitur. j. de generatione. Omne agens phisicum agens per contactum in agendo repa titur et hoc ſm diuersas formas. quia agit ſm vnam formam et patitur ſm aliã. Ter tio motus est actus entis in potentia ſm q̃ impotentia. Jdeo quia non est eadem ratio subiecti in q̃tum est ens et in q̃tum est habens ordinem ad contraria. Jdeo in diffinitio ne motus non sufficit dicere q motus est actus entis in potentia, Vbi notatur solũ sub iectum Sed etiam oportet dicere ſm q̃ huiusmodi In quo notatur ordo ad formam ſm esse perfectum. Vnde si idem esset subiectum et potentia ad contraria tunc contra ria essent eadem. Nam potentia habet distinctionem ab obiecto. ij. de anima. Si ergo esset vna potentia ad contraria tunc etiam eadem essent contraria. sicut si eadem esset potentia ad sanitatem et egritudinem tunc idem esset sanitas et egritudo. Nam poten' tia ad sanitatem habet distinctionem a sanitate et potentia ad egritudinem habet suam distinctionem ab egritudine. Et est simile de visu et auditu que in q̃tum essent eedem potentie color et sonus essent idem cum potentia ex actibus ⁊ obiectis distiguatur Et hec diffinitio prima ipsius motus est formalis dicens formam et substantiã motus Nã endelechia esse cõuenit motui ſm suõ formã que cadit in predicamento vt notũ est in se

Diffinitio secunda

Motus est actus imperfectus ipsius mobilis ſm q est mobile. Que diffinitio habet se vt diffinitio materialis ad predicram. Datur enim per proprium subiectum motus et est certior quo ad nos. Naz motus cum in se habeat esse obscuriens magis certificatur nobis ex mobili q̃ ex se ipso. Vnde si motus est actus entis in potentia ſm q huiusmo di. et ens in potẽtia est mobile. ergo motus est actus mobilis. Et in hoc stat probatio diffinitionis. Et ad inuestigandum illam diffinitionem philosophus probat. iij. phisi. motum esse mouentis sed non in q̃tum huiusmodi. sed in q̃tum mouens est mobile. er' go motus est actus entis mobilis in q̃tuz mobile. Antecedens patet duabus rationib⁹ Prima quicquid quandoq; est in potentia et postea in actu. hoc quodãmodo mouetur Sed mouens est prius in potentia et postea in actu ergo etiam mouetur. Maior patet quia quod est in potentia naturali hoc reducitur ab illa potentia ad actum per motuz ideo oporteret ipsum moueri sicut patet in mouentibus phisicis per contactum vbi agẽs in agendo repatitur sicut patet de pomo ⁊ manu. Et per consequens mouetur ab illo quod prius fuit mobile et ducit ipsum mouens de potentia ad actum.

Tertia diffinitio

Est ipsius Auicenne dicentis Motus est exitus de potentia ad actum continue et non subito que diffinitio non vide ur esse bona propter duo. Primo quia in illa diffinitide motus ponitur exitus qui significat speciem motus localis Sed genus non debet diffi niri per speciem ergo inconuenienter diffinitur motus per exitum. Secundo non va' let in hoc q additur non subito. Nam subitum importat tempus. Sed tempus est po sterius motu cum sit passio eius. Diffinitio autem debet dari per priora. Cũ ergo act⁹

et potentia tanq̃ differentie entis precedunt predicamenta sic motus diffinitus est per actum et potentiam sicut per quedam prioza. Est enim motus forma que est in subiecto quod est in potentia ad perfectionem illius forme sicut calor in aqua qui tendit ad perfectius esse calozis vocatur motus. Vnde patet q̃ motus forma actio ⁊ passio idē sunt ſzm rem differentia ratione.

Quarta diffinitio

Motus est prima perfectio eius quod est in potentia Hoc est mot⁹ est prima perfectio istius mobilis quod est in potentia ad terminum vel formam ad quaz est motus. Illud autem quod est in porentia ad aliquam formam includit duplicem potentiam. Primo includit motum per quem est accipienda ista forma ad quam habet inclinationem. Secundo dicit potētiam ad formam que habet se vt terminus istius motus et vt perfectio eius. Cum ergo motus in subiecto precedat formam ad quam est motus et ipse motus in se est forma imperfecta ipsius mobilis eo q̃ est pars forme acquirende per motū Vbo sicut forma acquirēda per motum est vltima perfectio mobilis Sic motus est perfectio prima eiusdem vt patet in textu.

¶ De motu ergo dicendum est. quid sit motus et de eius diuisione. Diffinitur enim sic ab Aristo. iij. phi. Motus est endelechia entis existentis in potentia ſzm q̃ huiusmodi Et alterabilis quidē ingtum est alterabile. alteratio est. ¶ Item in eodem libro motus est actus imperfectus. Vnde actus perfectus est quādo forma perfecte acquisita est in aliquo subiecto sed imperfectus est per oppositū. ¶ Auicenna diffinit sic motū. Motus est exitus de potentia ad actum continue et nō subito

¶ Itē diffinitur sic motus. est prima perfectio eius quod est in potētia que diffinitiones Et note fiant. Sciendū q̃ rerū quedā sunt in potentia Et ex eis eliciatur actus subito. Et taliū non est motus. Quedā aūt sunt in potentia Et ex eis eliciatur actus non subito. et taliū est motus. Hoc aūt q̃ sic est in potentia duplicē habet potentiā. Vnā respectu motus. Aliam respectu eius quod acquititur per motū et sic patet qualiter motus sit prima perfectio respectu sequētis. Est enim motus actꝰ quo existente adhuc aliquid eius remanet. Forma enim que acquititur per motum est perfectio qua existente nihil remanet ipsius.

¶ Et nota q̃ motus

Vnde tempus est propria passio motus. Nam tempus non est motus neq; est sine motu. iij. phi. ergo est propria passio eius. Tenet cōsequentia quia hec est natura propie passionis q̃ ipsa essentialiter non sit suum subiectum. Neq; tamen est sine suo subiecto cui inheret inseparabiliter. v. prime philozophie. Cū igitur tps semp sit circa motus ergo est propria passio eius. Sunt autem duplices entismobilis passiones. Quedā eiꝰ sunt intrinsece que enti mobili ingtum mobile conueniūt Quarū sunt tres scz motus quies infinitum. De quibus. iij. phi· Alie sunt extrinsece que non fluunt ex principijs entismobilis vt mobile sed ab aliquo exteriori. Et illarū etiā sunt tres scz locus vacuū et tempus. De quibus. iiij. phi. Sunt tamen locus et tempus quandoq; intrinsece qñ q̃ vo extrinsece passiones. Vñ respectu mobiliū quibus nō insunt subiective dicuntur extrinsece Sed locus respectu corporis locantis. et tempus respectu primi mobilis dicuntur intrinsece passiones. Locus enim est subiective in corpore locante sicut tempus est subiective in motu primi mobilis. Et quia tempus est continuum igitur etiam motus est continuus.

Notandum primo

Q̃ continuum vario modo nocatur. Est enim continuū quod est diuisibile in semp diuisibilia. vnde et diuisio est passio propria continui. Passio autez nunq̃ derelinquit suū subiectum ergo continuū semper est diuisibile ingtum huiusmodi et ita diffinitur iij. phi. Sed. v. metb. Continuū est cuius motus est vnus ſzm se. i. vbi omnes partes vno motu mouentur et non possibile aliter. Et dico signanter ſzm se. Nam possibile ē q̃ continuū moueatur vno motu per se et pluribus motibus per accidens. sicut homo mouetur in naui contra motum nauis per se et nihilominus motu nauis per accidens. Ozm Aristo. vero in predicamentis et. v. phi. Continuū est cuius partes copulantur ad terminum communē sicut partes linee ad punctū et partes superfit et ad lineaz. Intelligendo per terminū communē non in essendo. significando vel predicando sed tantū in participando sic q̃ illud medīū quod terminat vtrūq; extremoꝝ habet se tanq̃ pars vtriusq;. Et tale continuū non potest componi ex indiuisibilibus tanq̃ ex partibus integralibus licet bene tanq̃ ex suis partibus essentialibus et diffinitiuis. Patet primus iij. et. v. phi. Nam continuū in semper diuisibilia est diuisibile. Et quia eadē sunt principia compositionis et resolutionis. j. phio. et. iij. phi. Sed continuū non habet resolui in partes indiuisibiles ergo nec componi ex partibus indiuisibilibus. Patet secūdū per pbm. j. poste. qui dicit substantiā linee esse ex punctis. De numero aūt continuoꝝ Aliud est ſzm naturam vt tibia et brachium et partes animaliuz. Aliud ſzm artem vt ligna consilata inter que continuū ſzm naturā maxime dicitur continuū. quia intrinsece sicut patet. v. metb. Et quia continuū habet partes. motus est continuus ergo motꝰ hz partes et mediū. Ex quibus patet q̃ quicquid mouetur prius mouebatur et mouebitur. Vnde corrollariū. Nā quicquid mouet in tpe mouetur. Sed tempus diuidit in prius et posterius igitur etiam motus qz sunt condiuisibilia. vj. phi. et per ꝯns si qd mouetur in pñti mouebatur in pte prioꝝ illius tpis et mouebitur ad partē posterioꝝ.

Nota secundo

Differentiam inter continua contigua et consequēter se habentia. Omnia enim hec habent se ad inuicem ſzm plus et minus. Nam omnia continua sunt contigua ⁊ omnia contigua sunt consequenter se habentia. Sunt eñ continua que copulantur ad terminū communem vt partes linee dicuntur continue quia copulantur ad punctū tanq̃ ad terminum communez vtq̃. Contigua autem sunt quorum vltima sunt simul. i. que separata sunt et tamen se tangunt sic q̃ nihil mediat vt calamus et papirus locus et locatum. Est enim contiguitas extremoꝝ cōtactus duorum corporuz ſzm superficies. Consequē ter autem se habentia sunt inter que nihil mediat eiusdem generis et nature cum ipsis. vt due domus inter quas nō mediat tertia. Aliud eñ nō sui generis nihil prohibet esse medium. Posset enim canis mediare inter duas domus in custodiam rerum sui domini et debet sumi genus communiter comprehendendo sub se speciem. Vnde est regula q̃ indiuisibilia vt puncta neq; sunt cont gua neq; continua nec consequenter se habentia

Ratio primi quia continua et contigua habent vltima. Indiuisibile aũt non habet vltimũ quia vltimũ dicitur per respectum ad primũ quod in indiuisibili reperiri nõ potest Alias em indiuisibile esset diuisibile. Ratio secundi. quia inter quelibet duo puncta mediat linea in qua possunt assignari puncta ergo non dicuntur cõsequenter se habentia et ipsum indiuisibile in discretis vocatur vnitas. in cõtinuo punctus. in tempore vocatur nunc et in motu mutatũ esse de quo. vj. phi.

Notandum tertio

Q̃ motus dr vnus multipliciter. v. phi. scz gñe spẽ et nũero Vñ motꝰ est vnꝰ genere cuius termini ad quos est motꝰ sunt in vno gñe seu figura ptrali. Et sic augmentatio et diminutio cũ omnibꝰ suis spẽbus sunt vnꝰ motꝰ gñe. Nã sunt ad vnã formã in genere scz ad quãtitatẽ. Spẽ aũt vnꝰ est qui cũ gñe sit vnꝰ est etiã cũ hoc vnꝰ per indiuiduaz spẽm que est spes specialissima. Et sic omnes calefactiones sunt vnũ in specie. Sunt em ad vnã formã specificã scz caliditatẽ. Sed ad vnũ motũ nũero qui simpliciꝰ ter vnus est tria exigunt scz q̃ id qõ mouet sit vnũ simpliciter et per se motui suppositum. Et q̃ terminꝰ ad quẽ sit vnꝰ et tps sit vnũ nõ interruptũ. Nõ primi scz vnitas mobilis. q̃ aliquis motus vt alterationis est verũ accns et est in mobili tanq̃ in subiecto. Imo omnis motus est in mobili. xj. primi phie. Sed accidentia numerant nũeratione suoꝝ subiectoꝝ. vij. metb. Nõ secũdi q̃ motus hz suã denominationẽ a termino ad quẽ. iij. phi. Imo motus in re est terminus ad quẽ vt supra. ergo calefactio et frigefactio nõ sunt vnꝰ motus nũero q̃ sunt ad diuersos terminos. Nõ tertij scz q̃ sit vnitas temporis in quo fit talis motus. q̃ motus est mutatio successiua Sed successio nõ est vna nisi fuerit continua. sed non est cõtinua dũ tps quiete mediat interrumpitur. Vñ si aqua calefieret vsq̃ ad tepiditatem et pausaret vlteriꝰ calefieri vsq̃ ad vnũ minutũ et postea consequenter calefieret non diceret calefactio prioꝝ et posterioꝝ vnꝰ motus nũero. ¶ Scias tũ q̃ aliquid moueri põt dupliciter intelligi. Vno mõ p se vt q̃ habet immediatã connexionẽ ad ipsum motũ tanq̃ proprium suũ subiectũ vt corpus et cõpositum. Vñ dr. vj. phi. Omne corpus mobile et omne mobile corpus. Motus enim proprie dictꝰ est accns in sua natura. Accidẽtia aũt nõ solũ sunt in mã sed in toto cõpositoꝝ. j. phi. Vbiterq̃ aũt nõ hz rõem totiꝰ suppositi sed est pars eiusdẽ. vij. metb. Igit non est per se mobilis. Alio mõ aliquid mouet p accns scz ad motũ alteriꝰ in quo est sic ptes mouent ad motũ totiꝰ et forme tã subales q̃m accitales mouent ad motũ subiectoꝝ. Vñ motis nobis omnia que in nobis sunt mouentur. viij. phi. et. ij. de aiã.

¶ Nota q̃ motus proprie non mensuratur nisi tempore tanquam propria passione. Inde cum tempus est continuum et motus continuus sit

¶ Continuum autem est cuius partes copulantur ad terminum cõmunem ergo motus habet partes et medium ¶ Et ex hoc est q̃ quicquid mouetur priꝰ mouebatur et mouebitur. Est enim ptim in termino a quo et ptim in termino ad quẽ et ptim in medio. talis enim motꝰ nõ est nisi corpoꝝ que partem et partem habent et mediũ ¶ Itẽ nota differentiam inter cõtinua et cõtigua et cõsequenter se habentia. Continua sunt que copulantur ad vnũ terminum cõmunem sicut linea ad pũctũ

et pates superficiei ad lineã et partes corporis ad superficiem. Contigua sunt quorum partes et termini sunt simul et nõ distant vt penna et pergamenũ quoniam termini horum idem sunt. Consequenter vero se habentia sunt que non habent mediũ inter se sui generis. Aliud autẽ nihil prohibet esse medium. Et sumatur genus large vt duo scilicet asini sunt eiusdem generis et due domus et his similia. ¶ Itẽ nota q̃ ad vnum motum numero vt dicit Aristo. 8. phi. tria exiguntur scilicet vt illud quod mouetur sit vnum numero: et forma que acquiritur per motum sit vnum numero. et tempus mensurans motum sit vnus numero et continuum ita q̃ non intercidat quies vt dicit in eodem Aristoteles Multi sunt motus et non vnus motus quorũ quies est medium Quare si motus aliquis a statu occuparetur nõ esset vnus motꝰ nec cõtinuꝰ vt si sagitta fuerit missa in altũ et ibi aliqualiter quiescat ille motus insursum est diuersus a motu deorsum p quietẽ interpositã. Et hoc valet ad cognoscendũ quãdo vnũ sit peccatũ et quãdo plura. ¶ Itẽ notãdũ aliquid mouetur per se aliquid per accidens. Per se mouetur subiectũ Per accidens vero mouetur aliquid dupliciter. Vno mõ sicut forma in subiecto vt albedo mouetur motu subiecti ſm quod dicitur motis nobis mouentur omnia que in nobis sunt. Alio modo sicut ptes in toto vt clauus motu nauis ¶ Nunc dicendum est de diuisione

Vñ motuũ alius est naturalis: animalis: et alius violentꝰ. Vñ omnis motus vel est a principio intrinseco vel extrinseco Si primũ hoc est dupliciter. q̃ vel illud principium est cognoscitiuũ sic est motꝰ animalis qui fit ab anima que est cognoscitiua vel a principio non cognoscitiuo sic est naturalis. Si secũdum sic est motꝰ violentus. Et intelligitur hec diuisio de motu locali. vij phi. Et non est talis diuisio generis in suas species Nostrus enim genus esse non potest. uj. phi.

Notandum primo

Q̃ motus naturalis est qui fit a principio intrinseco passo vni conferenti vt motus la

deorsum est naturalis. Fit em̄ a principio intrinseco lapidis quod est natura .i. forma lapidis. Et talis motus in principio est remissus propter defectum virtutis mouentis In fine aut intensus et hoc propter propinquitatē loci et connaturalitatem loci naturalis. Nam vnūquodq3 mobile trahitur a suo loco naturali in quo naturaliter appetit esse et conseruari. Motus vero animalis est qui fit a principio intrinseco cū requisitione premie cognitionis particularit er agentis vt motus progressiuus hominis vel equi Et talis in principio et fine est debilis. Nā in principio membra ipsius animalis nō sunt bene disposita ad motū. In fine vero ex defectu virtutis fatigantur eo q̄ omnis virtus in corpore est fatigabilis. viij. phis. Motus violentus est qui fit a principio extrinseco passo non conferente vim vt cū lapis proijcitur sursum mouetur a manu proijcentis lapide resistente huic motui cū grauis sit quare non h3 naturalem inclinationē ad talem motum sursum. Et talis in principio est intensus et in fine debilis et remissus. quia impetus rōne cuius fit mot9 violentus cōmunitur quousq3 totaliter deficiat. Ideo dicitur .v. prime phie. Nullum violentum perpetuum.

Regula

Omne mouens phisicum in mouendo mouetur patet. viij. phi. Vnde mouens phisicū est qd̄ conuenit cū suo mobili in materia. Et tale in mouendo mouetur. Aliud est metaphoricum vt finis. Mouens in ratione amati et desiderati. Et tale in mouendo nō mouetur. xij. metb. et. viij. phi.

Regula

In omni motu mouens simul est cū mobili qd̄ intelligo Vel sm esse vel virtutē. Sm esse sicut in motu naturali et animali quibus principium mouens sm esse coniunctū est ipsi mobili. Vel sm virtutē sicut in motu violento vbi mouens extrinsecus imprimit aeri quandā vim mobili q̄, deficiente etiā deficit motus qd̄ patet de telo eximio a sagitta.

Notandum secundo

Q: motus violentus sit in comparatione ad naturalem notificatus. Priuatio em̄ intelligitur et cognoscitur per suum habitū. j. phi habet diuidi in quatuor species. vij. phi. scz pulsionem tractionem vectionem et vertiginem.

Pulsio qñ mouens mouet aliquid a se
- Impulsio est quando id quod mouetur non deficit ab eo quod impellitur sed corporaliter cōtingitur et per totū spacium et per totum tempus impulsionis. Sicut est de motu troci
- Expulsio est qñ pellēs deserit ipm pulsum et nō seqt̄ ipsum vsq3 in finem motus vt patet de lapide emisso a manu.

Est enim
- Tractio motus violent9 qui duobus modis perficitur. Fit em̄ tractio semp hoc mō q̄ mouens nō leparat ab eo q̄ mouet Sz hoc est dupliciter scz sm q̄ pōt fieri ad trahentē vel ad altrū a trahēte. Et sm hoc duo sortitur nomina q: motus qui est ad trahentē dicit attractio. Mot9 autē qui est ad aliud dicitur extensio Omnes autē alij motus tractionis cū incidant in duas species modorum predictorum reducuntur ad istos.
- Vectio qñ aliquid mouetur ad motum alterius vt aliquis sedens in curru Et talis motus fundatur in predictis. Nam ibi est pelles vt auriga trahens vt equus et illud quod vehitur vt currus.
- Vertigo motus cōposit9 ex tractu et pulsione. Vertigine em̄ ducit qd̄ circūdatur circulariter sicut rota. In motu aūt rote est semicircul9 qui extra mouetis attrahit et ideo h3 similitudine cū tractu et perficit tractu. Semicircul9 aūt qui distat a trahente expellit. et ideo h3 similitudine cū pulsū et perficit pulsu. Et licet circul9 sit figura simplex eo q̄ vna linea

cōtinetur tñ motus eius simpliciter esse nō potest propter orientia et regnantia in ipso que a duab9 virtutib9 mouetur ab ea scilicet que impellit et ab ea que retrahit ad mouentē et ideo etiā motus ille post alios ponit quia a simplici virtute nequaq̄ perfici potest.

Notandum tertio

Q: motus capitur dupliciter. Vno modo communiter prout nominat exitum de termino in terminū sive fiat successive sive instantanee. Et sic cōprehendit sub se muratione m et vt sic sunt sex species motus vt habet philosophus in predicamentis Et dominus Albertus hic. sicut sunt generatio corruptio augmentatio diminutio alteratio et loci muratio. Cuius quidem loci murationis sex sunt differentie positionum quia nihil mouetur localiter nisi corpus Sed in quolibet corpore sunt tres dimensiones .j. celi In qualibet autem dimensione attenduntur due differentie positionis. ij. celi. Ergo motus localis terminatur ad sex differentias positionis Alio modo capitur proprie vt scilicet significat exitum successiuum de termino in terminum. et sic distinguitur contra mutationem. Et hoc modo generatio et corruptio cum fiant instantanee non sunt motus. Ad substantiam enim nullus est motus. Nam motus est de contrario in contrariū .v phisicorum. Sed substantie nihil est contrarium ergo ad eam non est motus. Preterea in instanti non fit motus quia illud dicitur moueri q̄ nunc aliter se habet q̄ prius. Nunc autez et prius causant diuisibile ergo in instanti non fit motus. Hoc enim implicat contradictionem. Ratio quia motus in termino a quo non est vel est imperfectus. sed in termino ad quem est perfectus modo idem esse perfectum et non perfectum implicat contradictionem ergo in instanti non fit motus. Preterea subiectū motus est ens in actu per suam formam Sed subiectum generationis et corruptionis est ens in potentia scz materia ergo non sunt motus. licet sint quedam mutationes. Omnis enim motus est mutatio sed non econtra.

Nunc dicēdū est de diuisione mot9. Motus enim Uno modo diuiditur sic. Motuū alius naturalis alius aīalis ali9 violēt9. Naturalis est ille cui9 principiū intra se est natura. Aīalis ē cui9 principiū intra se est aīa. Violētus cui9 principiū est extra nō cōferens Vim passō. et hec diuisio sumitur ex eo q̄ dicit Aristo. 8y. phi. Omne quod mouetur vel mouetur a se ipso vel ab altero. Et nota q̄ mot9 naturalis in principio est remissus et in fine intensus. Aīalis ē in principio et in fine remissus in medio vero intensus. Violentus vero est in principio intensus et in fine remissus. Motū violentū Arist. 8y. phi diuidit in quatuor spēs scz in pulsionē tractionē vectionē et vertiginez. Pulsionis due sūt spēs scz ipulsio et expulsio Impulsio ē qñ mouēs ab eo q̄ mouetur nō deficit. Expulsio aūt qñ ab eo q̄ mouetur expellēs deficit

Tractio eū ad ipsum vel alterū velocior est motus trahentis nō sepa
tus ab eo quod trahitur Et ad hūc motū reducūtur inspiratio et respi
ratio. Speculatio radiatio Sunt eni similes tractioni. Vectio est qñ
aliquid nō ſm se sed ſm accidens mouetur Et hoc cōtingit tribus mo
tibus scz impulsione tractione et vertigine. Vertigo est motꝰ cōpositꝰ
ex tractione et impulsione. Alio mō Aristo. in postpredicamētis dividit
motū in sex spēs scz in generationē corruptionē augmētationē dimiu
tionē alterationē et loci mutationē. ¶ Cuius sex sunt differentie scz An
te et retro sursum deorsuz dextrorsum et sinistrorsum. et ipse corrigit
se in phisicis dicens Generatio et corruptio nō sunt motus sed mutatio
nes Vnde. 8. phi. Hec quidē sunt mutationes motꝰ aūt nō sunt. Motꝰ
enim de subiecto in subiectū idest de ente ad ens. Generatio vero est de
nō ente ad ens. corruptio vero est de ente ad nō ens. Itē motus nō est
nisi in re existente et in re fixa et in tempore et nō in instanti ergo gene
ratio et corruptio nō sunt motus sed mutationes. Omnis enim motꝰ
est mutatio sed nō ecōuertitur De his spēbus plenius dicēdū erit in tra
ctatu de elementis. ¶ Dicto de motu

Vñ q̄ priuatio cōmuniter loquēdo cōtrariat habitu. ij. phi. per Com: cōmento. xliij
Sed quies est priuatio motꝰ. v. phi. ergo priuatio est motui ōria et hoc de quiete ter
mini a quo et non termini ad quē. Motus em cū sit media via in formā duplicē habz
quieē sibi correspondentē scz a parte ante in termino a quo et a parte post in termino
ad quem. Talis autem priuatio termini ad quem non contrariatur motui. Pater. Nā
perfectio rei nō contrariatur ei cuius est perfectio Sed quies in termino ad quē est pfe
ctio motus materialiter accepti ergo. Maior q̄ vnū contrariorū non perficit reliquū
Sed minor patet per Com: v. phi, commēto. xliij. Preterea quecunq; sunt idē reali
ter diuersificata tm ſm magis et minꝰ non cōtrariant Sed motꝰ et quies in termino
ad quē sunt huiusmodi ergo. Maior nota et topicis. Sed minor ptz per Com: Nam
substantia motus est de genere quietis ad quā quelibet et diuersificat ſm magis et minus
tantum. Est ergo solum quies in termino a quo motui cōtraria. Nā incompossibilia
succedentia sibi in eodē cōtrariātur. Sed quies in termino a quo et in termino ad quē
respectu motus sunt huiusmodi ergo. Maior nota ex diffinitione contrariorū Minor
patet. vj. phi. Nam mobile dū mouetur nec est in termino a quo nec ad quez perfecte
quiescens sub altero Imo quies in termino a quo precedit motū incompossibiliter. Sz
quies in termino ad quem consequitur ipsum. Et quia opposita iuxta se posita magis
illucescunt. j. methe orū Ideo post determinationē de motu est determinandū de qui

ete sibi opposita contrarie vel proprie loquendo priuative. Et licet vnū oppositorum
non habeat diffiniri per reliquū cū habeant oppositas naturas tamen in oppositis rela
tiue et priuative ē hoc speciale Relativa enim ſm totum esse dependent a correlativis
ergo per ipsa necessario habent diffiniri vt patet in Poz. et in predicamentis Aristo.
Cum etiam priuatio non habeat cognosci nisi per suum habitum. j. phi. ergo etiam per
ipsum diffiniri quare etiam quies per motum in presenti diffinitur.

Notandum primo

Qꝰ quies ſm communē traditionem potest dupliciter capi. Uno mō concretiue pro
re quiescente et sic quies est res non mota apta tamen moueri Alio mō capitur abstra
ctiue et hoc dupliciter Uno mō dicit nudam carentiam forme quā motor aliquis inē
dit Et sic quies realiter idem est cum priuatione et per se non ens sicut priuatio. Alio
modo accipitur non pure negative sed inēsse sibi substernitur forma quiescens. Qui
es enim dicitur esse priuatio motus Motus autē aliquo modo ponit formam ad quā
est motus eo q̄ talis forma est de essentia motus ergo sequitur q̄ quies que erat forma
opponitur huic forme que per motum acquiritur. Nā in formis phisicis Priuatio vni
us forme est positio alterius sicut calidum est priuatio frigidi Quando igitur frigidum
non est tunc presentia calidi est et sic quies in proposito notificatur duabus diffinitioni
bus Quarus secunda est diffinitio Auicenne cum dicit. Quies est priuatio motus cē.
Et qua diffinitione colliguntur duo que requiruntur ad hoc q̄ aliquid quiescit. Pri
mo q̄ sit aptum natum moueri Ideo nullum indiuisibile et incorruptibile proprie qui
escit. Secundo q̄ non sit actu motum defectu cuius celum non quiescit. Non enim tñ
mendum est q̄ celum liet. xx. metb.

Notandum secundo

Qꝰ sicut motus est in tempore ita et quies Sed motus est in tempore commensuratiue
quare etiam quies vt vult phūs. iiij. phi. vbi dicit Tempus est mensura motꝰ et quie
tis. Sicut enim dicimus aliquē motū diu durare. Aliud vero modico tempore. Ita
etiam dicimus quietem aliquā durare diu. Aliam vero tempore modico. Et est ratio
huius corollarii quia motus et quies opponuntur priuative vtā. Habitus autem et
priuationis eadem est mensura. v. metb. ergo sicut motus est in tempore ita et quies.
non tamen equaliter vtriusq; est mensura quia motus per se quietis vero per alterum
scilicet gracia motus ipsarum scilicet quies habet ordinem ad motum. Et quo colligē
tur quod dupliciter rem esse in tempore. Uno modo coexistenter et non commensuratiue. et sic
dicitur. iiij. phi. Eterna esse in tempore que scilicet non mensurantur tempore. Nā in
telligentie mensurantur euiternitate. Deus vero eternitate ſm cōmuniter loquentes.
vt patet ſm doctores super. ij. sen. sicut lacius inferius. Alio modo commensuratiue
que scz cōmensurantur tpe vel per se vel per accīs. Per se quidē in quo est prius et po
sterius vt motꝰ. Per accīs vero illud tpe mēsurat qđ nō cognoscit habere ptes sibi nul
cem succedentes sed cui q̄ esse unerat nūero alterius et sic quies mensurat tpe. Nā esse
quietis nūerat numero motus quo potest nūerari quanto tempore quieuerit sortes.

Notandum tertio

Qꝰ quies dividitur ad divisionē motus Opposita em ex se invicē dividunt. j. topico.
Etiā quies est quid priuatiuū Nā est priuatio motꝰ Distinctio aūt priuationū sumitur
ex habitib⁹ ergo ad divisionē motꝰ dividit quies in naturale animale et violentā. Est em
quies naturalis qñ mobile quiescit in loco suo naturali vt graue deorsuz et leue sursuz
Sz quies animalis ōz qñ animal cessat a motu suo progressiuo siue coniungatur appe
tibili siue non Vñ omnis motus animalis fit propter aliquod appetibile quo acquisito
cessat motus Et illud appetibile nō semper acquirit quo non obstante nihilominus ani
mal dicitur quiescere a tali motu. Quies autem violenta est quando mobile non est in
suo loco naturali sed extra talem detinetur. vt cum lapis detinetur sursum vel leue
deorsum tunc quiescit violenter. Et est differentia inter quietem naturalē et violentā
Nam quies naturalis est quies per se eo q̄ conuenit rei per suam naturam. Sed violē

ta dicitur quies per accidens. Differunt etiam ideo, quia quies naturalis est perfectio rei in loco sibi naturali Sed violenta dicitur imperfectio rei. Nam quando mobile est in tali quiete tunc semper inclinatur ad suum locum naturalem.

Jcto de motu dicendū est de quiete. Oppositа enim iuxta se posita magis elucescunt. ¶ Quies autez sic diffinitur Quies est id quod inest rei de cuius aptitudine est q̄ moueatur. nō tamē est mota. ¶ Item Auicenna sic diffinit quietē. Quies est priuatio motꝰ in illo de cuius aptitudine est quod moueatur. nō tamen est motū. Ex hoc patet q̄ sicut motus fit in tempore ita et quies est in tempore. Nō autē hic dicere intendimꝰ de quiete ſm q̄ in deo est et in angelis. Jtē sicut motus diuiditur in naturalē. animalē. et Violentū. ita quies diuiditur. ¶ Quies naturalis est quando corpus est in proprio suo loco determinato sibi a natura sicut terra in centro et ignis in alto. ¶ Quies animalis est quando animal cessat a motu suo in quo fuit siue coniūgatur appetibili siue non. ¶ Quies Violenta est quando corpus est in loco sibi accidentali. Sicut si terra esset in alto et ignis in centro.

¶ Sequitur de loco

Vnde ad phm naturalem spectat determinare de loco sicut probat philozophus. iiij. phi. Nam locus est vnum principium de consequentibus motum. Sed ad phisicū spectat determinare de motu ergo etiam de loco. Et licet per se notum sit locum esse ideo demonstratio nulla potest haberi probans locum esse. Tamen quia ex dubitatione que contingit circa loci quidditatem surgit dubitatio et difficultas scilicet An sit et quid sit. Sunt igitur multe philozophorum sententie de loco. Quarum prima est opinio.

Pitagoricorum

Opinantium locū esse formam. Nam locus est proprii continens vnūqōq corpꝰ igit erit quidā terminus. Quod aūt terminat et finit rē vnāquāq que fuerunt et terminat est spēs vel forma ergo locus est species vel forma qua determinat rei magnitudo que est dimēsio ipsius z magnitudinis materie que est subiectū harū dimēsionū. Forma enī que sic terminat rē est terminus vnuscuiusq. Forma enī non solū perficit māz q̄tita te diuisionatā que primo hz dimēliones ponā. postea vero actu et tunc est in loco in actu. Et ideo dicebant Pitagorici locū esse formā. Hec opinio improbat. iiij. phi. nā forma et mā nō sunt a re ipsa separate sed locus separat a re mota. ergo locꝰ nō est forma Et peccat argumentū Pitagoricorū primo ſm illationem. Nā procedit ex puris assumptis in secunda figura Ideo non concludit Sedo peccat propter impedimentū equiuocationis in medio syllogismi. Nā q̄ hz locū esse terminū hoc est extrinsece terminare. Forma aūt est terminus intrinsece rē terminās ideo argumentū nō procedit. Alia est opinio

Platonicorum

Dicentium locum esse materiam. Probatur conclusio tripliciter. Primo quia locus est receptiua diuersorum corporū similiter et materia diuersarum formarum est receptiua. Secundo nam separatis a materia dimensionibus et terminis remanet solum potentia. Sic etiam est de loco. q̄ cum locus separatur a locato et a dimensionibus remanet solum potentia. Tertio quia sicut materia preexistit et prerequiritur omni generato sic similiter locus. Vnde dicebat Plato in secundo Thimei. Materiam primam esse receptiuam omnis corporis et nihil aliud esse receptiuū q̄ materiā. quia ſm plures acceptiones vtitur receptiuo et hoc facit precipue in libro qui dicitur doctrina nō inscripta eo q̄ nominibus discipulorum libros suos inscripsit et illum nulli discipulorum inscripsit Cū igitur materia sit receptaculū formarū et terminorū dixit locū esse materiā. Sed hec opinio est vana multis rationibus. Primo ideo quia materia est para rei a mleparabilis a re. Locus autē non est pars rei. Secūdo quia locus continet: materia vero continetur et non continet. Tertio q̄ materia est quid indeterminatū et confusum. Locus autem quid determinatū et specificū. Quarto res naturales mouentur ad locū nō aūt ad materiā. Quinto materia est substantia Locus aūt accidens ſm rei veritatē. Imo separatio forme a materia est quedam corruptio vtriusq. Sed separatio loci a locato non est corruptio loci seu locati. Ideo locꝰ nō est materia neq; forma. Sed ad rationes dico Et ad primā q̄ locus et materia diuersimode recipiūt. Naz materia recipit essentialiter ita q̄ est vere quid receptiuū. Locus aūt accidentaliter. Ad secūdā dicit Comq̄ locus ſm se est dimēsio in potentia ad locatū. Sed materia ſm se est in potentia ad dimensiones terminatas. Ad tertiam dico q̄ locus non preexistit temporaliter. Nam simul generatur cum locato. Tertia est opinio

Epicureorum

Dicentium locum esse spacium mediū interceptum inter extrema localiter ſm se. Et probant dimensiones vacui esse locū. Cuius ratio est quia illud in quo corpora diuersa sibi succedunt hoc est locus. Spacium intermediū est huiusmodi ergo ꝛc. Hec opinio reprobatur per Aristo. iiij. phi. dupliciter. Primo Nam sic infinita essent simul in eodem Sed hoc consequens est falsum. Probatur sequela quia cuiuslibet partis esset locus in actu sicut totius. Sed infinite sunt partes in continuo ergo. Secundo Nam sic locus moueretur localiter. et sic loci esset locus et plures essent simul q̄ est impossibile Dicendum ad rationem q̄ non est dare huiusmodi spacium separatum. Sed corpora consequuntur se immediate per contactū. Vnde vno exeunte de loco immediate subintrat reliquum. Quarta est opinio

Modernorum

Distinguentium de loco. Nam locus ſm eos sumitur dupliciter scz materialiter prout est superficies continentis corporis. Alio modo formaliter et hoc vel phisice prout est virtus diffusa in loco a primo locante scilicet celo que semper manet eadez in ipso loco saltem ſm speciem sicut dicitur manere idem ignis ſm speciem et formam. licet ſm materiam varietur. Vel formaliter sumitur et mathematice. Ideo talis opinio est diuersificata. Nam formaliter nominat respectum ad polos mundi et mobilis ad centrū vel debitam distantiam ab orbe magnum locus est formaliter de predicamento relationis. Sm aliam autem considerationem est de predicamento qualitatis. Pro quibus opinionibus et veritatis inquisitione circa loci quidditatem.

Notandum primo

Q̄ multa sunt requisita ad proprietatez loci. Primo q̄ sit extrinsecꝰ locato sic q̄ nihil sit ipsi⁹ locati Et p hoc differt a figura et forma locati que est aliqd rei Sedo q̄ sit eqle locato. Hoc nō eqlitatis q̄ nec maior nec minor sit locꝰ corpe qō includit et licz in hoc videat aliquis cū inani sive vacuo nō tm̄ sit qz vacuū nō ē. ideo nec eqle nec ineqle ē locato et ē etiā accipienda eqlitas ſm extēsiones qz locꝰ proprie nō extēdit vltra q̄tita

rem locati. Tertio q̄ non debet deficere vnicuiq; locato q tamen separabile esse a quo libet. Omne enim locatum in loco est et locus non excedit ipsum et tamen separabile est a qualibet sicut materia non deficit forme et tamen separabilis est a qualibet forma.

Quarto q̄ conuenit loco habere differentias positionis que sunt sursum et deorsum. quia ille sunt ſm motus localem distincte licet alie quatuor non inueniantur nisi in corporibus animatis. Quinto q̄ ad propriū locum fertur et manet in ipso vnūquodq; corporum que naturalem habent motū. Vnde et motus et quietes sunt sursum vel deorsum ratione elementorum quorum duo feruntur sursum et duo deorsum. Quib⁹ omnibus premissis dicendum conclusiue q̄ locus physicus est vltima superficies .i. interior concaua vel plana corporis .i. substantie corporee. continentis i. locantis sui mobilis. primum .i. de cuius ratione non est vt moueatur cum locato. In qua diffinitione dicitur vltima superficies loco generis diffinit. Est enim locus realiter superficies concaua corporis continentis immediate corpus locatū circūscribens. ¶ Et talis superficies interior potest ad duo comparari. Primo ad corpus continens vel locans cuius est superficies et mensura intrinseca ratione cuius non dicitur locus quia sic non continet ipsum locans sed potius continetur in locante. Alio modo potest considerari talis superficies ad corpus locatum quod continet et circūdat et respectu illius dicitur locus et mensura extrinseca pro tanto quia ſm esse est separata ab ea nam est in locante. Dicitur conuenienter in diffinitione corporis et nō corpus Nam .iij. phi. Impossibile est corp⁹ esse locum. Nam in eodem essent duo corpora q̄ est impossibile ibidem. Deinde cum dicitur corporis continentis tangitur proprium subiectum loci sine quo completa diffinitio dari non potest. Dicitur primum q̄ valet sicut proximum determinans hoc participium continentis. Nam .iiij. phi. Locus est primus continens vnūquodq; corpus quod dicitur propter locum communes qui non proxime continet locatum. Primo dicitur immobilis quod quidem intelligitur quo ad motum locati corporis. Licet bene moueatur aliunde ſc̄z ad motū locantis corporis. Ratio primi quia quicquid mouetur ſm locum hoc est in loco .iiij. phi. Nam non queritur locus nisi propter motum localem Locus autem cum incipit moueri ſm locum non est amplius locus sed est in loco sicut vas non potest dici locus vasi. quia simul cum vino mouetur. Sed bene aer ipsum proximine circumfert bene. Ratio secundi quia locus est accidens corporis locantis q̄ superficies. Accidens autem per accidens mouetur ad motum sui subiecti. Nam motis nobis mouentur omnia que in nobis sunt. viij. phi.

Notandum secundo

Q̄ ſm distinctionem entium distinguitur locus. Sunt enim quedam entia substantie que sunt entia per se. Alia vero sunt accidentia que sunt entia per aliud. Nam. vij. metb. Albedo non est ens sed q̄ est entis vbi Com: dicit q̄ accidentia sunt tantum dispositiones entium. Vnde sicut habent esse sic etiam locari Sed quia existunt per accidens ergo etiā per accidens locantur. Et ideo dicit Com: formas et omnia accidentia esse in loco per accidens. Substantiarū vero quedā sunt corporalia quedā vero speculabilia solū. Corporalia sunt accidentium subiecta. Et talia sunt in loco per se et proprie Nam omne mobile localiter est in loco per se et proprie. vj. phi. Omne corpus mobile et omne mobile corpus Sed corporalia sunt per se mobilia ergo. Preterea quicquid perficit in loco est in loco proprie. Nam omne corpus perficitur motu. Motus aūt localis est prior alijs natura ⁊ tēpore per Com: Sed corporalia perficiuntur in loco ergo sunt in loco. Minor. iiij. celi. Locus est ranḡ finis motorū localiter. Finis autem est perfectio rei. Speculabiles autem substantie non sunt accidentium subiecta. Nam dicit Com. xij. metō. comento. xxxiij. In separatis a materia idem est disponens et dispositum et tales non sunt in loco proprie. Nam quicquid est in loco proprie hoc continetur ab ipso vel mouetur circa ipsum. iiij. phi. Sed speculabilia non sunt huiusmodi quia speculabilia non sunt quanta ergo non continentur in ipso neq; mouentur circa ipsum. Dicit tamen .b. Tho. par. i. q. liij. ar. i. Q̄ angelus beatus potest moueri localiter. sed sicut esse in loco equinoce conuenit corpori et angelo. ita etiam et moueri ſm locum. vt patet ibidē et inferius. Preterea omne quod est in loco proprie quiescit in ipso. Sz

speculabilia non sunt huiusmodi ergo. Maior quia idem est locus ad quē mouetur res et in quo quiescit. Minor patet quia speculabilia sunt simpliciter immobilia. Sunt tñ aliquo modo in loco licet improprie. quia quorū operatio exprimitur in locato hoc est in loco. Sed speculabilia sunt huiusmodi ergo. Minor quia omnes intelligentie operātur per orbes tantū et in mouendo se assimilantur primo. Vnde dicitur .xij. metaph. Si esset aliqua intelligentiarum non mouens ipsa esset frustra. Preterea illud quod demonstratur esse ex motu locali hoc est in loco. Sed speculabilia sunt huiusmodi ergo. Minor patet. viij. phi. vbi ex motu et eternitate motus inuestigat quasdam substantias immobiles et per se et per accidens. Ideo sunt aliquo modo in loco. Et ſm hanc substantiarum distinctionem duplex distinguitur locus scilicet intelligibilis qui est loc⁹ speculabilium. Vnde dicit Damascenus Est autem intelligibilis locus vbi intelligitur aliquid esse et est intelligibilū sicut aliqua incorporea natura vt anima in corpore. Alius est locus sensibilis vel corporalis qui est locus substantiarum corporalium per se accidentium vero per accidens. Ex quibus sequitur summarie q̄

Circumscriptiue cuius principiū medium et vltimum assignatur in loco. Et hoc modo corpora dicuntur esse in loco. Nam solum illa habent partes que loco circumscribuntur ideo indiuisibilia proprie nō sunt in loco. iiij. phi. quare male dixerunt antiqui. Omnia certa ē in loco vt lacius. iiij. phi.

Diffinitiue cuius essentia sic finitur et clauditur in vno loco q̄ extra ipsum nihil sui inuenitur. Et hoc modo punctum et indiuisibilia dicuntur esse in loco et similiter intelligentie et anime a corporibus extra Angelus enim ibi est vbi operatur ſm Damascenum. Et licet punctum et angelus ſint quedam mdo indiuisibilia non tamen eodē modo. Nā punctus est indiuisibile habens situm. Angelus aūt est indiuisibile extra genus quantitatis et situs existens. par. j. q. lij. ar. ij.

Tripliciter aliquid dicitur esse in loco

Repletiue q̄ ſc̄z replet omnem locum quo modo deus est in loco. q̄ est vbiq; per efficaciam potentiam et presentiam. par. j. q. xliij. ar. iij Et par j. q. viij. ar. iij. De primo aūt motore Dicendū est ſm phm viij. phi. Q̄ primus motor mouens celum plus est in circumferentia celi q̄ in medio aut centro. Cuius est ratio. q̄ illa pars circuli mouetur que primo moueri propinquior est Talis autem est motus circumferentie ergo. Vnde dicit ibidem Com. in hoc concordant omnes leges concedentes q̄ cum magis esse in celo q̄ in terra et magis in circumferentia q̄ in centro Potest tamen primum motorem esse in alia qua determinata parte vniuersi dupliciter intelligi vt dicit Egidius Vno modo ſm determinationem sue substantie q̄ sic non determinatur sibi locum cum sit vbiq; per essentiam. Alio modo ſm efficaciam motus Et hoc modo habet veritatem quod dictum est. Nā in eo q̄ motor est dicitur magis esse in celo q̄ in terra et magis in primo mobili q̄ in alijs mobilibus et magis in parte orientali primi mobilis q̄ occidentali. Efficacia enim motus magis apparet in celo q̄ in terra et velocius in primo mobili q̄ in alijs. Principium etiam motus est magis in oriente Vnde ⁊ phūs. viij. phi. Virtute motoris celorū arripuit partem orientis in qua primo est motus

Primum motorem esse in aliqua determinata parte vniuersi dupliciter intelligitur.

Notandum tertio

Q̄ eorum que sunt in loco quedam sunt in loco ſm potentiam quedā ſm actum quedam per se quedam per accidens. Vnde cum est aliquod continuum quod est similium partium illud totum semper actu est in loco. Partes autem continue manentes in ipso sunt in loco potentia. Si autem diuidantur partes a toto tunc erunt actu in loco. Et hoc est verum de toto ⁊ partibus similibus plus q̄ de dissimilibus quia partes dissimiles etiam quando sunt in toto quandam videntur habere diuisionem et ideo magis sūt in loco q̄ partes similes. Illud autem totum dicitur esse in loco sibi equali non q̄ locus habeat omnes dimensiones corporis locati. quia equalitas duplex est. Vna quidē ſm

contmentiam sicut dicitur circulus equalis figure. Angulose in geometria. Alia dicit equalitas quando duo equalia habent vnam mensuram communem qua mensurantur et hoc modo locus non est equalis corpori locato nisi consideremus q̄ distantia esset locus sed primo modo sm̄ continentiam sunt equalia locus ⁊ locatum. Alia sunt in loco per se vt omne corpus quod mobile est sm̄ loci mutationem et que augentur et diminuuntur. Celum autem licet sit in loco non tamen per se sed per accidens. Patet primum. Omne quiescens naturaliter est in loco. Celum seu vltima sphera est huiusmodi ergo Maior nota quia locus est necessarius ratione quietis. Sed minor probatur quia celum sm̄ subiectum quieseit eque distanter a centro. Preterea omne motum circulariter ex se est in loco. celum est huiusmodi ergo Maior nota quia motus circularis est localis. Motus autem localis est in loco. Imo motus localis facit scire locum sicut trāsmutatio materiā er opatio formā. Pz secūdū quia quicquid est in loco per se habet cōtinens extra. Sed celum seu vltima sphera non est huiusmodi ergo. Maior ex diffinitione loci. Minor patet ⁊ j. celi. Quicquid mouetur circulariter est alio modo in loco q̄ motus motu recto. Sed mota recto motu sunt in loco per se ergo mota circulariter erunt in loco per accidens. Preterea q̄ est in loco per alterū hoc est in loco per accidēs Sed celum est huiusmodi ergo. Maior nota Sed minor probatur quia est in loco per centrum quod locatur per se ergo ipsum per accidens. Est tamen celum alio modo in loco q̄ anima. Anima enim est in loco quia subiectum eius est in loco. Celum autem supremum vt supra est in loco. quia centrum eius est in loco. Partes autem celi in loco quodammō sunt omnes. Nam circulariter ordinate vna continet aliam. Et scias q̄

Cōmunis qui est sm̄ aliud locus sicut dicimus illū nunc esse in celo q⁹ est in aere et est in aere q⁹ est in terra et est in terra quia est in hoc loco propzio qui nihil plus continet q̄ illum.

Triplex est locus

Cōmunissim⁹ in quo omnia alia corpa sunt que sūt in loco vt est celū qō est cōtinētia omniū visibiliū et invisibiliū creaturarū sm̄ Damas Propzius in quo scilicet vnū solūmō continetur locatum Et hoc mō dicitur iij. phi. q̄ non sit possibile duo corpora simul esse in eodem loco Alias fieret penetratio dimensionum. vrs.

Damascen. definitio de Loco.

Equitur de loco. Vnde locus sic diffinitur a Damasceno Locus est corpalis finis ei⁹ quod cōtinet sm̄ q̄ cōtinet Sputa aer cōtinet corpus. Corpus aūt ab aere cōtinetur. ¶ Ab aristo: diffinitur ē Aristotelis definitio Sltima superficies corporis continentis immobilis primū. ¶ Est autē duplex locus scilicet intelligibilis et sensibilis Intelligibilis est locus spiritualium creaturarum Sc angelorū et animarum de corporibus exutarum. Que licet sint in loco corporali, non tamen corporaliter sed intelligibiliter Vnde dicit Damascenus est autē intelligibilis loc⁹ Vbi intelligitur aliquid esse et est intelligibilis et intelligibilium Sc aliqua incorporea natura q̄ in corpe anīa. Mirum q⁹ ibi est Vbi operatur.

Duplex Loc. Intelligibilis

Sensibilis

¶ Locus sensibilis Vel corporalis est locus corporū sm̄ quod diffini-

tur supra. ¶ Et nota q̄ aliquid tripliciter dicitur esse in loco cir- Tripliciter aliq̄ dr in loco.
cumscriptive: diffinitive et repletive. Circūscriptive aliquid dicitur esse in loco cui potest assignari principiū medium ⁊ finis in loco. Vel cuius partes cōmensurantur partibus loci et sic corpus est in loco. Circumscriptive definitive Repletive ¶ Diffinitive aliquid dicitur esse in loco q̄ sic est hic et non alibi et sic sunt angeli in loco. Angelus est ibi Vbi operatur Sc dicit Damascenus. Et anime cpute a corpore. dico cpute q̄ anima Smita corpori est in eodem loco cū corpore nō per se sed per accidens. ¶ Repletive dicitur aliquid esse in loco q̄ replet omnē locum et sic deus dicitur esse in loco q̄ omnē locum replet. ¶ Item quedam sunt in loco per se Sc subiectū. quedā per accidens Sc ea que sunt in subiecto Sc albedo nigredo Vel partes integrales Sc digitus manus. ¶ Item duplex est locus Quidā est cō- duplex Loc. Cōmunis et quidā proprius. Locus cōmunis est sicut celum. De quo dicit Damascenus celū est contmentia Visibilium et invisibilium creaturarum Et domus locus communis est omnium que in domo sunt. Loc⁹ Proprius proprius est circumscriptio corporis tantū Sua rem includens. nec maior nec minor corpore quod includit. Et sm̄ hoc locus est quantitas:

¶ Sequitur de tempore

Vbi tplis sumitur vno mō sm̄ theologos inq̄tū dicit mensura cuiuscūq; mutationis siue divisibilis siue indivisibilis siue corpalis siue spūalis et sm̄ hoc tpūs adiacet creationi rei create et q̄a vicissitudini que est in affectione vel intelligentia angelica. Et hoc tpūs nō hz prius et posteri⁹ nec ē inconuenies in hoc tpe q̄ nūc sit pns ad nūc quemadmodū ind̄ivisibilis mutatio pns est ad indivisibilē mutationē. Et sm̄ hoc tpus nihil aliud est q̄ aggregatio momentorū et nō est rūcrus. q⁹ tales mutationes nō nūcrantur cū prius ⁊ posterius non habeant Et de hoc tēpore datur vna diffinitio Dyonisij in. ij. de divinis nominibus. Vbi dicit Tempus est quod in generatione et corruptione metitur vocans generationē et corruptionē q̄cunq; mutationē siue divisibilem sive indivisibilem. Alio mō dicitur tpus mensura motus vel mutationis continue Et sic concluditur a pb.o quo modo ab Aristo. iiij. phi. sic notificatur.

Tempus est

numerus motus sm̄ prius ⁊ posterius. In qua diffinitione numerus loco gn̄s ponitur Q⁹ aūt tempus sit numerus probat pb.s. iiij. phi. a signo. Quia plus et minus iudicat

mus numero Sed motum plurē et minorem tempore dicimus ergo tpūs est numerus. Ista quia multum et paucum reperiuntur in numeris. ¶ Et subiungitur in diffinitione Motus ad mouendū subiectum proprium ipsius temporis Nō motus quicūq; sed motus primi mobilis subiectum est ipsius temporis. Et q̄ ille motus est vnus ⁊ regularissimus ergo etiā est vnū tpūs omniū rerum tempoalium non multiplicatū ad earū multiplicationē cum non inhereat eis subiective sed solū adest eis mensurative Omnia em̄ que sunt sub motu celi habent tpūs vnū. Nā omnis motus mensuratur p motum celi tanq̄ per simplicissimum sui generis. Et similiter mensuratur per numerum motus celi tanq̄ per extrinsecum adiacēs quod non est in eodem genere Quia esse in tēpore est esse in numero. iiij. phi. Sed in eodē numero possunt esse multa ergo. Dicitur vltimo ſzm prius et posterius vbi tangitur causa effitiens ipsius temporis. Nā tempꝰ effective a priori et posteriori in motu causatur. Patet sic Nā intelligendo duo puncta cū cōceptione medii intelligimus lineā. Nā inter duo puncta nō potest esse aliud medium q̄ linea sic intelligendo duo nunc quorū vnū sit prius et aliud posterius cointelligēdo medium statim intelligimus tempus. Quia inter quelibet duo nunc mediat tēpus. Q̄ addit hec diffinitio intelligatur de priori et posteriori motus et nō tpis. In quo rōne tenditur Themistius. Patet. quia alias committeretur circulatio que est probibita. j. poste. In hoc q̄ prius ⁊ posterius temporis diffiniuntur per tpūs. Et tpūs etiam diffinitur per prius et posterius temporis ⁊ sic idem ⁊ idē intret seipsum quod est inconueniens propter ea que exinde consequentur inconuenientia. Nam sic idē esset prius ⁊ posterius notius et ignotius que sunt impossibilia maxime in absolutis. Quamuis relativa possent diffiniri per seinuicem ex predicamentis et predicabilibus Pos;

Notandum primo

Pro diffinitionibus temporis Q̄ mensura in re nihil aliud est nisi quantitas aliqua per quam notificatur quantitas alicuius rei ignote Et tunc mensurare est ex quātitate vnius rei deuenire in noticiā alterius. Vnde prius et posterius reperiūtur Primo in magnitudine super quā fit motus Et sic non spectant ad diffinitionē temporis q̄ talis magnitudo habet se vt quoddā continuū et permanens. Sed nulla res permanes est de diffinitione rei successiue eo q̄ non declarat eius esse. Etiā quodlibet accidens proprium habet diffiniri ex suo subiecto immediato. Sed tempus nō est passio magnitudinis sed ipsius motus igitur non habet diffiniri per talem magnitudinem. Secundo prius et posterius reperiuntur tanq̄ partes integrales et sic etiam non spectant ad diffinitionez tēporis. Nā illa que sunt de diffinitione alicuius dicuntur precedere et priora esse diffinito tanq̄ cause et principia eius. ij. phi. Sed partes quiditative temporis non precedūt totū tempus natura sed sequuntur ipsum. quia habent se sicut accidentia respectu ipsius. Tertio prius et posterius reperiuntur in motu et sic spectant ad diffinitionem temporis. Ratio quia motus est immediatum subiectum et proximum ipsius temporis ergo per ipsum immediate diffinitur sicut passio per suum subiectum vts.

Nota secundo

Ex textu quatuor suppositiones quibus probantur tales temporis diffinitiones. Prima Omnis motus localis est supra aliqua magnitudine idest in spacio aliquo quod habet partem priorem et posteriorem et mediū. Et ideo dicit pbus Q̄ omnis motus est ⁊ continuo Clarum autem est q̄ cōtinuū cū sit diuisibile habeat partes et mediū. Et ratio illius suppositionis est quia motus ſzm naturam habet rationē continui ergo etiā est in subiecto continuo eo q̄ accidentia mensurantur suis subiectis. Sed subiectum motus est ipsum mobile ergo oportet omne mobile esse diuisibile. Imo sicut prius dictum est nihil mouetur nisi corpus Sed impossibile est aliquod corpus moueri nisi habeat spacium et locum in quo potest mutare situm. Secūda suppositio est q̄ mobile etiā est quoddam diuisibile que suppositio patet ex superiori quia nihil mouetur nisi corpus et quodlibet tale est diuisibile ergo suppositio vera. Tertia est q̄ in omni mobili ratione motus est quedam potentia ad renouationem loci situs ⁊ vbi. Ratio quia motus saltē localis de quo ad presens est permutatio de vno loco ad alium ergo ad motum localez

semper requiritur alter locus qui acquiritur Sed quia in alio loco est aliud vbi et alter situs ergo illud quod mouetur est in potentia ad aliud vbi et ad aliū situ inchoatum reduct ad alium locum quē non habet Inde etiam est q̄ motus non reducitur ad gñs positionis siue quantitatis sed vbi Quarta est q̄ hec potentia mobilis: ad suū locum ⁊ vbi est diuisibilis. Ratio quia nō est possibile aliquod corpus transire de vno extremo in extremum nisi per medium. iij. phi. ergo oportet ex necessitate quando aliquod mobile habet renouare locum et vbi suū q̄ hoc fiat diuisibiliter ſzm prius et posterius Et per consequens potentia ad locum nouū est diuisibilis Et quia hec potentia in re est motus, Nā motus est actus entis in potentia idest quidam actus imperfectus mobilis cui annexa est priuatio finis que in proposito dicitur potentia Vnde quia mobile habet continuam tendentiam ad finem ergo sequitur q̄ talis potentia exprimat veram naturam motus ſzm quam potentiam mobile est priuatum suo termino Ita tamen q̄ est in tendentia ad ipsum Ex quibus potest sic argui. Omnis motus est diuisibilis propter res quod fit in spacio diuisibili quia in subiecto diuisibili. ergo sequitur q̄ motꝰ est mēsurabilis Sed mensura et mensuratum debent habere ad inuicem proportionem ergo sequitur q̄ mensura motus habeat proportionem ad motuz. Sed quia nihil habet proportionem ad motum nisi tempus. cum nihil aliud a motu sit res pure successiua nisi tēpus. ergo sequitur q̄ tempus sit mensura motus rerū mutabilium ſzm priꝰ et posteriꝰ

Notandum tertio

Q̄ ipsum nunc quod est substantia temporis manet idem ſzm substantiam et essentiam suam per totum tempus sed ipsum est aliud et aliud ſzm esse et respectum. Sicut enim se habet mobile in motu sic se habet nunc in tempore. Sed mobile manet idez ſzm substantiam suam per totum motum. Variatur tamen ſzm esse et respectum. Et hoc in ordine ad spacium in quo fit motus et ad terminos motus. Nam nunc est ibi et postea alibi. Sic etiam manet idem nunc ſzm substantiam in toto tempore. Variatur tamē ſzm esse mēsurum fluxu suo acquirit aliud et aliud esse.

Sequitur de tempore de quo primo dicendū est quid sit tpūs.

Secundo quid sit esse in tempore. Tertio de differentijs tēporū Quarto de eius destructione. ¶ Tpūs autē sic diffinitur ab Aristo. iiij. phi. Tpūs est numerus motus ſzm prius et posteriꝰ. ¶ Itē tpūs est mensura motus rerū mutabilū ſzm prius et posteriꝰ. Que diffinitiones ita dicuntur manifeste ex cōparatione tēporis ad motū localē cuiꝰ propria et per se passio est tēpus. ¶ Motus igitur localis est supra magnitudine que habet partē ante et partē post. et ille partes dicuntur respectu alicuius medij partis. Mobile aūt quod mouetur sup ipsa magnitudine ē quid diuisibile et est in potētia ad renouationē vbi loci ⁊ situ Et cum sit ipsa diuisibilis et oīs diuisibilitatis est mēsura aliqua ergo illius potentie exitus ad actū erit mensura aliqua. Ipsuz aūt quod est

Vnde Yſaac ſtrabelita philoſophus ſzm veraz ſui acceptionem notificat ſic eternitatẽ Eternitas eſt mora ſeu ſpacium continuum non interſectum eo q̃ totum ſunum eſſe habet et pfecte Que diffinitio colligit in ſe gñs et differẽtias. Spacium eñ gñs eſt ad tres diuiſiones. Cõtinuũ aũt et nõ interſectũ ſunt differẽtie in cõparatione ad enum a tps. Mora qdem vocat eternitatẽ Bilber Pozri: Spaciũ aũt Yſaac S. eñ mora vocet nõ erit hec mora tpis vel momẽti tpis curſus aliqs ſed mora vocabit permanẽtia eius indefitiens. Que eadem mora ſpaciũ vocat ſzm qõ ambu torũ eſſe indefinitẽs. Vt autẽ ſpaciũ continuũ dicitur non ideo q̃ habeat prees ſcut quãtitas cõtinua Sed qz nunq̃ defuit nec deeſt nec deerit nunq̃ ſtans ſemp incõmutabiliter in ſeipſa. Interſectũ vero vocatur qõ habet partes vtrinq̃ abſciſas ſicut tempus cuius prior pars preterijt et nõ eſt et pars poſterior futura ad huc expectatur et non eſt. Id autem quod de ipſo eſt

Liber primus

Deus non est in potentia

accipere quietum indiuisibile presens nunc est quod instat Sed non sic est eternitas sed potius nihil amittit in toto preterito eo q̄ ipsa est mensura rei per omnem modū incō mutabilis Et nihil acquirit in futurū eo q̄ ipsa est mēsura eius quod nullo modo est in potentia. et tota ipsa est stans prelentialiter. Propter qđ dicit Boetius Q̄ nūc stās et non mouens se eternitatem facit. Vnde eternitas non dicit mozā habentē partes pri us et posterius. preteritū et futurū led in se indeficientē semper. Et cū talis sit in se ac cidit ei cū comparatur ad partes temporis nunc̄ defuisse in preterito. et nunc̄ deerit in futuro. Et hanc concomitantiā eius ad partes temporis ex indefluentia sua causata dicunt verba preteriti temporis et futuri quando de eternis dicuntur rebus. Et ideo prima et incōmutabilis suba fuit. eo q̄ nunc̄ defuit in aliquo preterito et eadē erit eo q̄ nunc̄ deerit in futuro aliquo. Et hec eadem est causa quare dicit Augustinus Q̄ vera eternitas nihil aliud est q̄ vera incōmunicabilitas Quod aūt dicit eternitas suā esse simul habet persecte. Et hoc propter quasdam subtilitates que in hoc q̄ sunt simul esse suū habent. ramen in hoc q̄ aliquid possunt vel volunt vel intelligunt non habēt simul. Non em̄ omnia presentia sunt intellectibus intelligentiarū ad que extendi potest intellectus intelligentie. Sed potius continue illuminantur ab intelligentia prima. Et ideo vices quasdā habent sm̄ posse et sm̄ suā intelligere eternū. licet sm̄ quod est simul sit Propter quod etiam non perfecte possidet suum esse simul licut eternum q̄ totum est presens eo q̄ omnia sua sibi sunt presentia quo ad esse viuere intelligere et vel le et nulla parte obumbratur. Et ideo apud ipsum nec est transmutatio in esse nec vicissitudo obumbrationis in viuere et intelligere et velle. q̄ potiꝰ ea que sparsa sunt in toto tempore que fluunt ab ipso eterno simul presentia sunt sibi propter quod etiā omnia preuidet et presci anteq̄ fiant et vno modo sunt in ipso presentialiter scilicet que fuerunt et que sunt et que futura sunt. Sed

Dionisius

In de diuinis nominibus dicit q̄ Eternitas est antiquum immutabile et vniuersale in metiendo. Que diffinitio colligit propria sicut patet ex verbis. Vbi antiquitas sumit pro carentia principij. Antiquū em̄ dupliciter dicitur. Vno modo qđ multū habet de preterito. Et sm̄ hoc opponitur ad iuuenem et antiquitas ad iuuentutē. Alio mō dr antiquitas sm̄ vsum grāmaticoū idem q̄ remotum. Et sic opponitur nouo sm̄ quod nouū dicitur qđ quantū ad suum initium est propinquū. et sm̄ hoc transsumptū est ad proprietatem eternitatis dicens carentiam principij. Subiungitur immutabile qđ dicit potentiam indeficientem sm̄ durationē ex se ipla quod non est in aliquo creato. Nā omne creatum vertibile est vt dicit Damascenus. Et ideo etiam mutabile quia Vertibilitas nihil aliud est q̄ mutabilitas quedm Et si tar potentia creature hoc non est virtute sua sed potentia creatoris continet eam vt dicit Bregorius in moralibus q̄ omnia in nihilum recidrent nisi ea manus omnipotētis dei contineret. Et subiungitur in vltima particula vniuersale in metiendo ad differentiam temporis. quod patet ex alia translatione que habet totum sm̄ totum metiri. Tempus em̄ nunc̄ est simul totuz sed suum esse est iuum tiezi et econuerso. quia semper est in principio et fine et nihil mentirat sm̄ totum sicut eternitas

Boetius

Eternitatem hoc modo notificat dicens. Eternitas est interminabilis vite possessio tota simul et perfecta. Vocans vitam totam simul que sm̄ omnem ipsius esse moduz stat in totalitate sua que totalitas non est dicta ea que partes hz Sed quoniam nihil sui est extra ipam. In qua diffinitione possessio ponit loco gīs diffinti. Est em̄ nomē cōmune omni mensure. Vnde possessio scōm etimologiaz nominis vt dicunt iuri peciti qui frequentius vtuntur hoc vocabulo dicitur quasi pedum positio vel pedis sessio. et significat firmitatem habitus rei. Hic autem transsumitur vt dicatur possessio que habetur ad voluntatem vel obedit ad libituz. Talia enim propriissime habentur. Est eriaz aliter possessio dominei et aliter eternitatis. Dominei enim est respectu extrinsecorum que subiecta sunt. Eternitatis autem est per transsumptionem ad ea que pertinent ad

Summularum Alberti

vsum sm̄ quod vsus cadit in rationem eius quod est frui. Quo modo sm̄ Augustinū in libro de trinitate. vij. Frui est vti cum gaudio. Per hoc autem q̄ dicitur interminabilis vite: tangitur subiectum eternitatis. Interminabile em̄ dicitur in cuius duratiōe non est finis ante vel post. et hoc est carēs principio et fine sicut nonnulli dixerūt de mūdi duratione qui si interminabilem haberet durationem non tñ esset eternus eo q̄ esse suū et vitam suā non simul possideret sed potius per partes amittit eā et acquirit. Preteritū em̄ amittit et futurū acquirit. Et potius dicit vite q̄ esse. Viuere em̄ ponitur in diffinitione eternitatis eo q̄ in eterno sm̄ optimā sui perfectionem consideratur. et hoc est ad nutum habere vitam. Que vita est sm̄ intellectum et contemplationem et contemplationis delectationem que non habet contrarium. Que etiam dum tempora les homines afficit non percipere tempus facit et quendam gustare starum eternitatis. Proprie ramen magis eternitas refertur ad esse stans simul modo predicto. Q̄ autem diffiniatur potius per vitam q̄ per esse ideo est. qz Boetius ait de eternitate prout ē mensura vite beate. Que consideratur dupliciter scz in se vel sm̄ qđ est participata a beatis. Et quia participatur sm̄ actū vite et rationem et non sm̄ actum qui est esse et rationem ipsius ideo diffinit per vitam et non esse. Deinde subiungitur tota simul ad differentiam temporis quod non est totum simul sed pars quedam preteriit. Reliqua autem est futura. Vnde cum totum duplex inuentatur scz simplex et compositum. Totum simplex non habet rationem totius nisi in ratione potentie sumptum sm̄ quod dicitur totum potentiale. Et ita dicendum est hic q̄ totum eternitatis nihil aliud est q̄ potentia durans cum carentia vtriusq̄z termini vel potentia continens se in esse immutabili cum carentia finis et principij. Vtrumo additur perfecta ad differentiaz cui quod non est omnino simplex. Vnde cum perfectus dicatur multis modis Est enim perfectū cui nulla partium suarum deest Et dicitur secundo perfectum quod est post fieri in fa etum esse. Potest queri sm̄ quem modum eternitas dicatur perfectum. si enim primo modo tunc habebit partes. Si secundo modo tunc eternitas erit facta quoū vtrūq̄z ē inconueniens. Quia dicit Bregorius et ponitur in. j. sen. dist. ix. q̄ factuz non est nec perfectum proprie dici potest. Dicendum q̄ totum in hac diffinitione eternitatis debz accipi pro perfecto sm̄ quod perfectum dicitur cuius nihil est extra ipsum vt clarct ex diffinitione. Et hoc ingtum totū dicit perfectionem potentie durantis. Simul autem excludit successionem et sic quo ad diuersa dicitur totum et simul. Quibus omnibus sm̄ declarationem prime partis textus premissis

Notandum primo

Q̄ tria concurrunt ad rationem eternitatis. Primum q̄ non habeat principium neq̄z finem quod designatur in diffinitione cum dicitur interminabilis vite. Eternitas enim dicitur esse interminata omni modo. Qua propter etiam sm̄ sui simplicitatem et priuitatem diffinitur per negationem. ¶ Vbi scias diffinitionem aliquam dari per negationem intelligi Vnomodo ex imperfectione rei sicut diffiniendo bruta per irrationale eo q̄ differe tie eius non sunt nobis note. Alio modo aliquid diffinitur per negationem ex perfectione rei et ex defectu nostri intellectus qui non potest cognoscere talem rem sub differentia affirmativa et sic simplicia et separata per negationem diffiniuntur. Hoc etiam modo diffinitur hic eternitas per interminabilia. Et similiter punctus qui est simplex diffinitur sm̄ Euclidem Puctus est cuius pars non est. Secundum est q̄ in eo non sit prius neq̄z posterius quod notatur cum dicitur tota simul Tertium q̄ nō sit ab alio dependens quod innuitur cum dicitur perfecta Vbi secundum Dominum Albertum in littera tria sunt de ratione eternitatis scilicet simplicitas inuariabilitas et interminabilitas. Et q̄ nulla creatura est omnino simplex Ideo proprie nulla creatura dicitur eterna. Et sm̄ Egidiū circa. iiij. phi. lectione. xxv.

Simpliciter et hac eternitate mensuratur sola prima causa quia esse eternum idem est quod esse extra terminos sed solus deus est infinitus simpliciter et extra terminos ergo solꝰ mēsurat eternitate simplicē ter Participata quā nos dicimus eu ternitatē Et tali mensuratur intelligentie secunde que sm̄ Autorem causarum dicuntur esse in eterni

Liber primus

tate sicut prima causa ante eternitatē Ideo dixit .b. Tho. in cōmento libri causarū .q. subas sēparatas dicimus eternas tanq̄ incipientes obtinere a deo esse perpetuū et indefitiens sine motu et temporis successione Occasione cuius

Nota secundo

Q̄ aliqua sunt eterna per participationem aliquam veri eterni sicut angeli et intelligentie cum contēplantur vere eternū et bonitate sua sibi influente immutabilia efficiuntur .et si quaz habent immutabilitatem illam non exerunt. Et hoc mō diuine substantie in regno celesti per participationē vere eternitatis sunt eterne et sub illis etiā diui' ni homines aliquid capientes de contēplatione eternitatis in hac vita vltra tempus efficiuntur et non percipiunt mutationes temporales. Ad similitudinem vero illius dicuntur necessaria eterna siue incōplexa vt corpora celestia sine etiaz ea que habitudine complexorum admixtem habent necessitatem vel impossibilitatez .vt dyametrū esse sicut ipsum vel asimetron vt superius. Sunt alia que non' comparantur ad eternitatem p hoc q̄ participant aliquid incommutabilitatis que eternitati est propria . sed potius quia habent similitudinem eū illa in infinitate carentie finis. Et hoc modo dicitur tempus a quibusdam eternum et pene que dicuntur infernales eterne et alia que ad similitudinem horum dicuntur. Et ideo a quibusdam distinguitur comparatio eternitatis ad eternum triplex Quedam enim sunt eterna z vere in eternitate scilicet Prima substātia que est deus g̃ ociosus et benedictus. Quedam vere sunt eterna et non vere in eternitate sicut illa que facta sunt immutabilia participatione incommutabilitatis sicut dicit Plato de his que licet sint natura commutabiles tamen voluntate deorum et nobiliorum eius bonitatū participatione sunt manentes incommutabiles. Hec tamen non vere dicunt in eternitate quia eternitas non est propria mensura permanentie eorū. Quedam vero nec vere eterna sunt nec vere in eternitate sed sunt similia sz̃m quid eternis. sicut temporaliter habentia successionē sine fine sicut motus eternus dicitur ab his qui ponunt mundum eternum z pene baratri dicuntur eterne in legibus Pytagore. Et recollige hec sz̃m textum hoc modo.

Eterna	Propie vt sunt eterna	Ea z in eternitate	deus
	Improprie quorū q dā sunt	Eterna et in eternitate p participationem vt quia eternitatis rō̃	angeli et anime rōnales
		Eterna per participationē sed non sunt in eternitate quia sūt variabilia et mutabilia	pene infernales

Vñ entiū quedam sunt

Non eterna neq̄z in eternitate . Nam sunt terminabilia materialia et non simplicia vt sunt generabilia et corruptibilia Sed quartum membrum nō potest stare sez̃ q̄ aliqua sunt in eternitate per participationem sed nō sunt eterna q̄z quicquid est in eternitate hoc est eternū sed non econtra.

Notandum tertio

De nunc eternitatis quod non differt ab ipsa eternitate nisi ratione . Quia nunc dicit sz̃m q̄ adiacet vni indiuisibili stanti et non amittenti aliquid in' preterito nec acquirēti aliquid in futuro. Eternitas autem dicitur manso et mora indefitiente durationis ei? Et de isto nunc eternitatis diuersa est philosophorum sententia. Quidam enim peritorum virorum dixerunt ipsum idem esse subiecto cum nunc eui et temporis eo q̄ stās et non mouens se non differt subiecto ab eo quod non stat et mouet se sed sola ratione. Cuius ergo vtrūq̄z nunc sit mensura indiuisibilis et eius quod est indiuisibili videtur q̄ eadem sint subiecto quia indiuisibile manens idem et stans ab indiuisibile manente eo'

dem et moto non habet differentiam sz̃m subam sed ratione differt solum. Preterea dicunt q̄ cū dr deus est nunc. et intelligentia est nūc. et motus est nunc idē nunc denotat cum igitur idem sit nunc et vnum horum trium sit eternum et alteruz euiternum z tertium temporale videbitur idem esse nunc eternitatis eui et temporis. Alia est opinio aliorum dicentium q̄ sicut se habet tempus ad motum . ita nunc temporis se habet ad mobile sz̃m qō mouetur .cum ergo tempus numeret motuz nunc temporis numerabit id quod mouetur sz̃m quod mouetur. Non ergo nunc temporis est numerus substan' tie eius quod fertur sed potius numerat ipsum sz̃m quod fertur ergo nullam habet proportionem ad id quod idem est stans in se ipso semper. Est igitur triplex differentia inter nunc temporis et eternitatis . Prima quia nunc temporis habet aliud .et aliud esse in tempore. Sed nunc eternitatis semper manet sz̃m idez esse. Secūa differentia q̄z nūc tpis continue fluit a priori in posterius distinguendo prius a posteriori. Ipsum aūt nunc eternitatis est semper stans et non mouens. Tertia quia nunc eternitatis non relinquit prīm et futurū sed totum esse simul hz̃. Nunc aūt temporis relinquit prīm et futurū. Et si dicas nulluz indiuisibile includit diuisibile. Sed nunc eternitatis est indiuisibile quo modo ergo includit totū tpis Hoc soluit dominus Alber: in littera per simile de anima que est in toto tota et in qualibet parte corporis tota et tn̄ est indiuisibilis . Sic etiam ipsum nunc eternitatis est indiuisibile et tn̄ coexistit cuilibet prī tpis. Potest tamen anima dupliciter considerari. Uno modo sz̃m substantiam suam incōpluz est forma corporis sic est in toto corpe et in qualibet eius pte sicut actus et perfectio subalis. Alio mō considerator sz̃m virtutē motiuā Et sic est in principali animalis parte sez̃ in corde. Et in illa sic existens mouet alias mediāte spiritu. Et adiungit dñs Albertus quoddā aliud mirabile in nunc eternitatis quod sez̃ est indiuisibile continens tpis quod est diuisibile in infinitum et quod habet partes priores et posteriores. Hoc declarat per exemplum de radijs solaribus qui in eodē instanti sunt in oriente et occidente subito totū hemispherium illuminantes. ¶ Ubi scias aliquid fieri in instanti potest dupliciter intelligi Uno modo quod valde cito sit et subito contingit et quasi inperceptibiliter fit . et sic radij solis multiplicantur quasi in infinitum. Alio modo vt fieret totaliter simul et in iustanti indiuisibili et sic non est verum quod dicitur in textu de radijs . Illuminantur enim omnes partes aeris immediate a sole immediatione effectus ad causam non distantie . Una enim non illuminat aliam sed tamen omnes illuminantur quodam ordine Et propter hunc ordinem potest aliquo modo dici prior pars illuminare posteriorem: Neqz simile de nunc tpis et eternitatis quo ad apprehensionē contradictoriorū Nā nūc eternitatis stat cum qualibet parte temporis quod non facit nunc temporis ergo duo cōtradictoria possunt sciri in nunc eternitatis et non in nunc temporis quod non durat sed statim transit z desistit esse z ergo duo contradictoria in tali nunc non possunt simul intelligi vt declaratur in textu. Ergo nunc eternitatis diuersum est a nunc tēporis quod est contra primam opinionem ad quam dicendum est pro prima ratione vbi dicitur indiuisibile fluens et indiuisibile stans non differre nisi sz̃m rationē. Dico hoc falsum esse cuz indiuisibile stans aliquid sit de essentia stātis .et indiuisibile fluēs sit aliquid de essentia fluentis. Cū aūt dicitur nunc est deus z intelligentia et motus. Ista locutio est notans aut exemplaritatem aut concomitantiā q̄z sicut vnū horū spaciorū trium exemplatur ab altero et vnū exemplatur ab altero et vnuz eorum procedit ab alio Et ideo sicut vnitas euiterni sit ab vnitate eterni et vnitas temporis ab vnitate prima euiterni. Ita nunc vnius fluit a nunc alterius Et illud quod est magis simplex est exemplans et faciens ita illud quod est magis diuisibile est exemplatum et factum.

¶ quid dictum est de tempore quod sit temporalium mensura . Dicendum nunc est de eternitate. Que est mensura eternorum . et de euo quod est mensura euiternorum. ¶ Quedā enim

sunt Et dicitur in libro de causis quorū substātia et actio sunt in tpe sicut natura infima cui⁹ entis esse ē p generationē. Quedā vero sunt quo rū substātia et actio sunt supra tps Et natura suprema Et de⁹. p. f. f. sanctus. Quedā enī sunt quorū substātia est extra tpūs: Sed actio in tpe sicut natura media cuius esse est per creationē. Quartū vero mebrū nō pōt stare. Sic enī esset actio alicui⁹ rei prius q̄ substantia quod est impossibile. Itē ille tres mēsure capūtur in cōparatione ad durationem.

¶ Est enī quedā duratio habens principiū et finē sicut tpūs ⁊ motus Et est quedā duratio non habens principiuz neq; finē sicut eternitas. Et est quedā duratio habens principiū sed nō finē Et cuī. Quartū mēbrū iterū stare nō pōt sez q̄ aliquid esset habens finē et non principiuz.

¶ Omne enī quod hz finē hz principiū et nō ecōuerso. ¶ Eternitas a Boetio in li: de consō: philo: sic diffinitur Est interminabilis Vite tota simul idest non distans et perfecta possessio. Que diffinitio sic declarari pōt. Possessio est nomē commune oī mēsure. Omnis enī mēsura possidetur ab eo cui⁹ est p se tanq̄ propria passio eius p hoc q̄ dicit interminabilis Vite. tāgit subiectū ipsius eternitatis deū eternū nō habētem principiū neq; finē. Quod tamē subiectū nō est aliud ab eternitate nisi ſm rōem. Et potius dicit Vite q̄ esse p hoc innuēs differentiaz ab illis que sunt in eternitate penali nō habētia Vitā beatā neq; inciūdaz. Vita enī licet absolute pro qualibet Vita accipiatur tamē hic p cōparationē sumitur pro Vita beata. atq; inciuda. Tota simul dicit ad differētiam tpis quod nō totū simul ē Sed ps preterita preterut et ps futura nō est. Et nō ponitur ibi simul pro simultate ptiū. Sed dicitur simul idest nō di-

stans. Perfecta dicitur ad differentiā eui quod nō est oīno simplex sicut nec illud cui⁹ est mēsura. p. f. ibi enī pro simplici ponitur. ¶ Et notandū q̄ eternitas analogice siue p pri⁹ et posteri⁹ dicitur de creatore et creaturis. Tres enī sunt cōditiones eternitatis proprie dicte sez simplex: inuariabile: et interminabile ſm q̄ interminabile nō solū dicit priuatiōez finis sed etiā principij ⁊ sic soli creatori cōuenit eternitas Ille enī sol⁹ est simplex inuariabilis et interminabilis. ¶ Sed quedā creature rōez interminabilitatis suo mō ptcipāt sicut aīe angeli et quedā corpora glorificata post resurrectionē ptcipāt rōez interminabilitatis propter caretiā finis sed nō principij. Et ob hoc aīe beate ⁊ angeli post resurrectionē dicūtur eterna ⁊ simt i eternitate. Eterna propter interminabilitatē In eternitate propter inuariabilitatē ¶ Itē quedaz creature ptcipāt eternitatē propter rōez interminabilitatis et propter caretiaz finis. Sicut pene infernales dicūtur eterne. ſz nō in eternitate sunt q̄ nō partcipāt rōez inuariabilitatis sed variatur ⁊ augmentatur de tpe in tps. Inuariabilitas enī dicit bene esse. sed hec cōditio que est simplicitas simpliciter in nulla creatura reperitur. Itē eternitas dicit excellētē mēsurā ḡtū ad vtrūq; terminū sez tā principij q̄ finis Et sic quedaz creature quo ad durationē sunt generabilia et corruptibilia et claudūtur ab eternitate sed nō sunt eterna neq; in eternitate. Quedā vero eterna sunt et in eternitate proprie dicta sunt sicut de⁹ Quedā impropie ⁊ vlozū quedā sunt eterna et in eternitate p participationem Et angeli et anime beate. Quedam sunt eterna per participationem sed non sunt in eternitate sicut pene infernales. Quedā nec eterna nec in eternitate sunt sed claudūtur ab eternitate Et generabilia et corruptibilia Quar

nũ mẽbiũ state nõ põt quod aliqua sunt in eternitate p participationem
sed nõ eterna Omne enĩ inmutabile caret fine ꝫ nõ cõtinetur. ¶ Se
quitur de nũc eternitatis de quo dicit Boẽ in li. de eternitate Q nũc
stãs et nõ mouẽs se semp facit eternitatẽ Quod melius intelligitur fa
eta cõparatione ad nũc tpis. Imaginetur iteꝫ linea a c et sit b punct⁹
et ipsuꝫ b moueatur in ista linea ab a in c distinguans prius a posterio
ri c Primã pteꝫ sꝫ a dicimus ptransitã. posterioꝛẽ Lero ptransseundaꝫ
Similiter intellige p a. c totũ tpũs. p b ipsuꝫ nunc tpis quod continue
mouetur ab a in c. Et quod pterrãsitũ est dicimus preteritũ Quod Ro
to ptransseundũ dicimus futurũ. Et sicut in linea a c ipsum ꝫ mouens
semper subtrahit a posteriori et addit priori Sic ipsuꝫ nũc semp subtra
hit futuro et addit preterito. Et similiter si b pũct⁹ staret in linea et nõ
moueretur tũc nõ eẽt pri⁹ et posterius in linea. Sic etiã si nũc tpis a
principio stetisset tpis tũc neq; preteritũ neq; futurũ esset. Cũ aũt nunc
tpis imaginatur ꝙ stetisset ab eterno iã oĩno in ista eternitate neq; ẽt
preteritũ neq; futurũ sed totũ esset simul et presens. Et ita est in eterni
tate sed nõ in tpe. Tota enim eternitas est idem quod nunc indiuisibile

¶ Sed ũ videtur summe mirabile ꝙ ipsuꝫ nũc eternitatis cũ sit quod
dã indiuisibile eytẽdit se ad totũ tpũs totũ capiẽs et infinitũ tpo Itez
totum tps capit et tamẽ in quolibet stat instãti tpis. Exemplũ aũt hu
ius est Et anima est in toto corpe ⁊ tamẽ tota in qualibet parte Itẽ ani
ma etsi simpley sit: partẽ et ptẽ nõ habens sicut corpus tamẽ per cor
pus totũ se eytẽdit. Sed adhuc est quoddã mirabile in nũc eternitatis
quod est indiuisibile et cõtinet tpũs quod est diuisibile in infinitũ ⁊ quod

hꝫ partes priores et posteriores. Exẽplũ ad hoc intelligẽdũ est tale Di
cit enĩ B: August: Q in eodẽ instãti est radius solis in oriente et in
occidente. subito totũ nostrũ illuminãs hemisperiũ. ¶ Hoc igitur con
tingit reperiere ꝙ in Unico nunc tpis est prius et posteri⁹ in infinitum
Quoniã naturaliter et si nõ sim tpũs Dei⁹ aũt illuminatur pars pro
pinquior. Vel propinquissima aeris. Quoniã illa que est remotior ⁊ pri⁹
illa remotior ꝙ remotissima et sic contingit in infinitũ partes inuenire
Exẽplis predictis ptꝫ quid sit dicere deus est: de⁹ fuit: deus erit Est enim
sensus deus est. i. de⁹ est in nũc eternitatis. cui coexistit presens preteri
tũ et futurũ tpũs. Patet etiã solutio cuiusdã questionis qua probatur

Quicquid deus scit nunq; sciet eius cõtradictorie oppositũ. In eodẽ enĩ
nũc tẽporis est ipossibile aliquẽ scire duo cõtradictoria opposita sicut sor
tem sedere sortẽ non sedere. Sed nũc eternitatis in infinitũ est simpli
cius ꝙ nũc tẽporis Ergo cũ deus sciat in nũc eternitatis quicquid sciet
nunq; sciet duo opposita contradictoria quod est falsũ Scit enĩ me eẽ
dũ sum Et scit me non esse dũ non sum. Et sic patet respõsio quoniaꝫ
nũc est cũ qualibet parte temporis. ¶ Sequitur de euo

Unde euũ est mensura rerũ habentiꝫ principiũ sed nõ finẽ Vel sic. Euũ est mora inter
secta rei habentis esse ab alio. Vel sic. Euũ est spaciũ eorũ quoruꝫ esse stabile est sed nõ
vices hũt in potẽtia sicut intelligere et velle. cũ eternitas sit mora et spaciũ pmanẽtis
uno modo p oẽꝫ modũ et ea que sunt ab illo qõ uno modo pmanet deficiũt ab illo pro
prer distare a primo Et ideo oportet ꝙ aliquid potẽtie admisceatur eis ꝙbus nõ in eẽ
sed in posse et agere Et ideo etiã mora et spaciũ adiacẽs eis per modũ mensure est sub
eternitate. Cõparabilis enĩ eternitas ad euũ sicut causa exemplaris eius eo ꝙ euũ imita
tur eternitatẽ ꝙtũ potest sicut et euiternũ imitatur eternũ et deficit in aliquo ab illo.
Et similiter tps imitat euiternũ et eternũ Cui⁹ exẽplũ ponit Boẽri⁹ in eo ꝙ est sem
per et frequenter et raro quoꝫ semper posterius imitat prius. Habẽt etiã hec tria alia
adinuicẽ cõparationẽ eo ꝙ cũ eternitas exemplar sit eui ⁊ tpis cuiuscũqꝫ mẽsura est tẽ
pus illius etiã mensura est eternitas et cuum sed non adequata et proporcionata sed ex
cellens et esse et mezam temporalium et cuiuscunqꝫ est mensura et cuum et linis etiam eiu
dem mensure est eternitas excellens et non adequata sed non conuertitur. Eterna enim
hec euo nec tempore mensurantur. ¶ Et non potuit euuꝫ diffinire super vitã sicut eter
nitas. Nam vita que cadit in diffinitionem eterni est vita beata in se ꝫm ꝙ potest participi

pari a creattura intellectuali. vel que habet relationē et vnionē ad illā sicut corpus hūmanū. Talis aūt nō est angeli vita et ideo euū nō ponit cōparationē primo nisi ad esse Preterea euū non est tm mensura viuentiū sed z nō viuentiū ergo diffinitur per esse z non per viuere. ¶ Et dicit Euū ab e quod est extra et vim quasi extra viu corrupti onis positum. Vel ab e quod est extra et finis quasi extra finem positum.

Notandum primo

Q; Euum sm Egidiū circa scōm sen. dist. ij q. iiij. non est de predicamento quantitatis qualitatis aut ad aliquid sed est de predicamento subē qz euū realiter nominat esse angeli Sed tale esse est de predicamento substantie licet substantiā nō nominet ergo et euū. Eternitas vero in nullo est predicamēto Nā eternitas realiter est eadē cū deo sola rōne diuersa sicut supra patuit. Deus aūt cuius sit prima et simplicissima substantia et actus purissimus non est alicuius accidentis suscepciuus. xij. metaph. et in nullo genere predicamentali claudi potest quod probat. b. Tho. par. j. q. iij. ar. v.

Nota secundo

Vnam questionem de euo scz. Vtrū Euū sit principaliter in vno sicut tpūs et eternitas. Ad hanc questionē dicūr quidā affirmative q; ic. Nā eternitas est in vno z tempus similiter sicut dicunt phi. Cuius ergo per eundē modū adiaceat euū euiterno. sicut tempus temporali et eternitas eterno. videtur etiā q; euum sit in vno. Preterea sicut se habet subiectum ad subiectū in durando sic mensura durationis subiecti se habet ad mensuram durationis. Sed euiternitas est vnū simplicius et nobilius alio ergo et mensura vnius simplicioz est mensura alterius. Sed in omni genere mensure in quo est inuenire simplicius et minus simplex semper minus simplex reducitur ad simplicius tāq; ad mēsuram sui. x. metaph. Patet per inductionē quia ponderata ad vnum pondus reducuntur z mensurata modio ad vnum in genere illo vt ad sextarū vel quartariū &c. ergo etiam euiternum sm mensurā sui ad simplicissimū generis sui habet reduci. Preterea manifestum est q; spūituales essentie subtilitate nature differunt z nobilitate a corporibus que tamen euiterna sunt sm suum esse. ix. metaphisice. Alia est opinio Q; Euum non sit in vno Licet enim eternitas est in vno hoc est q; plura non possunt esse sine vtroq; termino scilicet principio et fine. Similiter temptus est in vno propterea. quia omnium motuum est vnus motus scilicet motus primi mobilis qui simplicissimus est. Modo vnumquodq; mensuratur m'nimo sui generis sicut numeri numerantur vnitate. et tempora quodam tempore Tamen in euiternis nō est vnum q; sit causa omnium euiternorum nec iterum q; sit sine vtroq; termino ergo non contingit euum reducere ad vnum. Imo euiterna differunt specie. xij. metaphisice. ergo etiam sunt multa eua. Pro concordia tamen illarum Opinionum ponebatur Egidius circa scōm sen. dist. ij. q. ij. Q; de euo possumus loqui dupliciter. Uno modo prout est mensura extrinseca refluens supra omnia euiterna Sic enim est in deo solo qui est supra omnia habēria esse quecp; omnia euiterna tanq; in mensuram et causam reducūtur. Alio modo possumus loqui de euo sm quod est in ipsis euiternis tanq; mensura intrinseca z sic non possum? dicere q; euum sit in pr̄mo euiterno et non in aliis quia a quo euiternum est et habet esse participatum non magis est in eo euum q; in aliis quod similiter concedo. Dicendo ad precedentes rationes q; non est simile de tempore et eternitate et euo sicut notum est. Ad aliam autem dicendum q; in reductione mensuratorum ad mensuram non attenditur ratio cause. Nec etiam carentia termini sed simplicioz et notioz quantitas Et hoc euidenter patet in reductione granorum ad modium et reductione masse ad factionem et alia in aliis. Ex quibus colligē sm textum.

Angel" quo ad { Substantiam / Agere / Bene agere } est in { Euo / Tempore / Eternitate }

Vnde vt ex superioribus relucet in quo et omnes philosophi et theologi concordant tempus differre ab eternitate et euo. Nam diuersa mensurata requirunt diuersas mensuras. Manifestum est autem q; deus. substantie seperate. z temporalia sunt diuersa mensurata ergo diuersas requirunt mensuras. Sed in assignando differentias eorum est diuersitas doctorum. Quidam enim hanc assignant differentiam.

Q; { Eternitas / Euum / Tempus } est mensura { carentis principio et fine / habētis principiū et carētis fine / habentis principiū z finem } Que differētia possit adm'ti ex duobus. Primo et pte

mensuratorum sm q; nunc existunt a parte rei quia de facto illa mensurantur tempore que habent principium et finem. Illa vero mensurantur euo que habent principium z non finem. Et hoc mensuratur eternitate quod vtroq; caret termino principio scilicet et fine. ¶ Secundo potest admitti ista differentia ex parte mensurationis. quia in rem pore potest accipi res que habet principium et finem. Sed ista differentia sm te nō valet quia est totaliter per accidens. Si enim sm Aristo. mundus ponatur nec habuisse principium nec finem tunc differentia ista non valebit. Nam mundus mensuratur euo et tamen non haberet principium nec finem. Q; autem nunc de facto tempus habet principium et finem hoc accidit tempori ergo ista differentia est omnino accidentalis. Similiter si aliquod euiternum fuisset ab eterno quod non est simpliciter impossibile tunc tale rum hoc euiternum nec haberet principium nec finem. Ideo aliter quidam assignant differentiam talem.

Naz { Eternum / Euum / Tempus } est mēsura { non habentis prius et posterius / habētis { Prius et posteri? sine innouatione z veneratione / Prius et posterius cum innouatione } } Sed hec differentia nō valet qz videtur ipsicare contradictionem. naz quicquid habz prius et posteri? hoc

habet innouationem et veterationem. Nam posteriore adueniente paulz inueteralcit et sic non potest stare illa differentia sicut nec prior est ergo alia differentia verior

Naz { Eternitas / Euum / Tempus } est mēsura rei { Omnino permanentis / Permanētis in suo esse sz habentis successionē in operatione / Successiue tā quo ad esse q̄ ad operari } Que differentia sic potest probari Nam ipsum eternū scilicet deus habet simpliciter permanentiā Naz eius operatio sicut z esse est in eternitate et per consequens omnia simul intelligit et operatur. Sed euiterna non habent transmutationem sm esse sicut temporalia.

Equitur de euo quod potest sic diffiniri. Euum est mensura sa

bentium principium sed non finem. ¶ Et nota q; quidam dicunt q; sicut tempus est in vno subiecto Sc in motu primi mobilis quo motu mensurantur omnes motus inferiores tanq; sui generis minimo et simplicissimo et per consequens mensurantur mensura motus primi

Liber primus

mobilis. Sic enim est in suo eterno simplicissimo quo omnia alia eui terna mensurantur. Alij dicunt q̄ non est quia quodlibet eterneū habz suū euū. Nullū enī euiternū est causa aliorū sicut motꝰ primi mobilis, ē cā oīm aliorū motuū. ¶ Ex predictis colligi pōt q̄ āgelꝰ q̄tū ad substātiaz est in euo q̄tū autē ad agere sicut est cognoscere cognitione Sesi pertinz est in tempore. q̄tum autem ad bene agere sicut ad contempla ri et frui est in eternitate. Et hec de prima parte huius compilationis magni Alberti suffitiunt dicta.

Sequitur Secundus

Summularum Alberti

Quia dictū est de corpore mobili sm se. Dicendum est cō sequenter de corpore mobili contracto ꝛc.

Unde quia res per debitum ordinē conseruantur in suo esse z natura sicut dicit Boetius. iiij. prosa. ij. Est enī q̄ retinet ordinem seruatq̄ naturā Quod vero ab hoc deficit illud esse q̄ in sui natura situ est derelinquit Imo qui destruit ordinē violat naturā vj. metb. Ideo necessario dominus Alber: in presenti tractatu secūdo cōtinuat se ordine debito ad prora z posteriora. Est enī ordo summa lumen stipēdis in arte sm poetā ꝛc

Nota primo

Q; scientia huius libri correspondens libris de celo et mūdo est prior ante omnes naturales libros preter scientiā huius primi correspōdentē libris philosophoꝝ q̄ ostēdit triplici ter. primo ex mali ordine scientiali Nā vniuersalia et generaliora in scientijs sunt prora j. phi. vj. de animalibus z in principio huius. Scientia autē primi z libri philosophi de motu in vniuersali et cōmunia nāe principia vniuersaliter pertractat que tradito maxime vtis est ideo prima. In hoc aūt libro scō agitur de corpe z maxime de corpe omia cōtinere Vñ necesse est sm. b. Tho. Omnia que de motu in primo tradita sunt hic applicare ad q̄tuz et ad corpus. Scō ostēdit idē rōne subiecti. Scientia em ordinē maxime habz a subiecto. j. poste. Unde qualis est ordo subiectoꝝ adinuicē talis erit scientiarū Sz subiectū huius scientie est primus omnibus subiectis naturalibꝫ libroꝝ. j. huius et de philosophia auditu. Maior nota sed minor prz qz tota scientia naturalis est de mobili tanq̄ generali subiecto consideratio ergo mobilis in gñe et vniuersali que in primo huius et libro philosophoꝝ est habita erit simpliciter prima. In isto autem secūdo determinatur de mobili ad vbi z ad locum. Unde quicquid est mobile ad formā eriā est mobile ad locū sed non conuertitur Et ideo qz non cōuertitur cōsequentia a mobili ad locuz ad ipsum mobile ad formam ergo prius est in natura mobile ad locū q̄ ad formam. modo de primo prior erit speculatio. Tertio ostenditur idē similitudine. Nā sicut in formis illa scientia est prior et dignior que est de ingenitis et sempiternis z immortalibus. quēadmodum metaphisica sic in genere corporū illa erit scientia prior que est de corporibus diuinis z immortalibus et que de semper entibus pertractat videlicet de celo et vniuerso ipso. Probatur similitudo. Nā omniū aliorū simplicium corporū elementorū mixtorū et animatorum. denicz omnis natura de quibus reliqua philosophie pars pertractat est caduca inconstans atq̄ mortalis. In celesti autem tota hac machina ordo ratus certusq̄ status longe aliter q̄ in nobis est inquibus etiam (Aristo. testante) nihil fortuiti nihilq̄ temeritatis deprehendi potest Imo nihil potentie saltem ad formam substantialē vt. metb. igitur propter scientie dignitatem et generis subiecti nobilitatem scientia hec est nobis summe amplectranda. Nam sm Aristo. res illas superiores tametsi leniter assumere possumus tamen ob eius cognoscendi generis excellentia amplius obiectant q̄s si hec nobis iuncta omnia teneremus.

Notandum secundo

Quia cognitio nature que est in principijs nature. et scientia que est in conclusionibus naturarū in communi et in summa maxime consistit in scientia subiectorum et passionuz et viarū in subiectū Ideo illorum consideratio non est premittenda. De

Subiecto

Aute huius scientie varie sunt philosophoꝝ sentē e Nā quidā philosophoꝝ vt Alexander et alij dicunt totū vniuersum esse huius scientie subiectū. Nā in hoc libro sicut

Liber secundus

et in libris de celo traduntur multa ad totum vniuersum pertinentia. Alii vero corp⁹ celeste quod est principalius omniū corporū vniuersi statuunt esse adequatū subiectum Et q̄ de alijs corporibus in hoc libro solum agitur exconsequenti in⁹tuz continentur s celo cuius recipiunt influentiā vel saltem considerantur per accidens in⁹tuz faciunt ad eius cognitionem. Aliter autem sentit simplicius q̄ corpus simplex ⁊m commune eius rationem et intentionem corporis simplicis sit hic subiectum. Sed his opinionibus relictis dico cum Alberto Egidio et Alpherroi q̄ corpus mobile ad vbi in⁹tum huiusmodi sit huius scientie subiectum. Que conclusio probatur primo celi vbi dicit Scientia de natura videtur circa corpora et magnitudines esse: et horum inexistentes passiones et motus vbi ⁊m Alpherroim philosophus narrat subiectum totius scientie naturalis. Et quia idem est subiectum totius et partis. licet subiectum partis sit contractius ig⁹tur. Et licet elementa sint generabilia et corruptibilia hoc tamē non habēt in⁹tum mobilia sunt ad vbi q̄ motus localis est entis perfecti et nihil variat de substantialibus rei sed solum transmurat mobile de loco ad locum. Ideo corpus mobile cum tali motu in vniuersali consideratum est vnius potentie vnius scientie ⁊ vnius diffinitionis. Et ex quo patet q̄ in hoc libro non agitur de corporibus mixtis q̄ talia nō habēt motum localem nisi per naturam elementi predominantis in ipsis. Preterea patet q̄ in hoc libro agit de elemēris in⁹tū sunt grauia et leuia ⁊ habent principiū motus localis et non in⁹tum sunt calida frigida et humida ⁊c. Nec de subiecto. Passiones autez huius scientie dicimus accidētia propria que imprimuntur talibus subiectis seu corporib⁹ mobilibus a suis propriis principijs actiuis. Vias autem in substantiam eorum et accidēria dicimus motus quibus mouentur eo q̄ omnia naturalia vel in motu sunt vel ad motum relata vt̄ in primo. Et q̄ scientia nō solū versatur circa subiectum et ei⁹ propias passiones sed etiam circa principia subiecti. Ideo subiungit .j. celi q̄ scientia naturalis est circa quecunq⁹ principia talis scientie sez corporis mobilis.

Notandum tertio

Q⁹ differenter physicus et mathematicus inquirūt de corpore ⁊ magnitudinibus. Physicus em̄ de his considerat prout sunt vltima materia physice. Mathematicus autez inquirit de his prout sunt separata per diffinitionem a materia physica et sensibili vt̄. in primo visum fuit et hoc ipsum corpus in rebus quantitatē habentibus perfectius est eo q̄ continet in se omnes dimensiones et vnumquodq⁹ corporum huius mundi perfectū est hac perfectione. Sunt em̄ tres dimensiones que sunt de perfectione corporis in⁹tūs huiusmodi. Cuius hec est ratio physica q⁹ sirus differentie hoc est differentie positionis ⁊m veritatem sunt in mundo et in corporibus animatorum sensibilium sicut sursum et infra de xtrum et sinistrum ante et retro. Sed inter sex ista opposita oportet q̄ sint tres vie continue ergo non erunt continue vie maxime distantiuz nisi longitudo latitudo et profunditas q⁹ inter sursum et deorsum est longitudo. inter dextrum et sinistrum est latitudo. et inter ante et retro est profunduz. Et iste sunt dimensiones corporū ergo preter istas non est aliqua magnitudo alia quoniā omnia recta apud naturā corpa ⁊m dimēsiones suas non sunt nisi tria eo q̄ diuiduntur ⁊m tres dimensiones. Et hoc confirmatur tribus dimensionibus que sunt finis medium et principium.

			In genere	longitudo
			vt	
	Principiū		Extra gñs	punctus
Vnde in dimensionib⁹	Medium	qō est	Producens	vt superies
	Finis		Productū	
			Productū tm̄	Et talis nūerus ē ois rei que rata est apud
			⁊ est cop⁹ in quo	naz et ligni cat trinita
			pficitur omnis	tē rerū naliū et nō nisi
			dimensio	ex natura extract⁹ ar⁹
				qz pro lege retent⁹ Et
				ideo etiā in lege Pytha
				goze in qua docuit colo

re deum magnificatur deus vnus ⁊m istum nūmerum quoniam magnificamus deū

Summularum Alberti

creatorem qui eminet proprietatibus omnium creaturarū tribus vicibus ⁊ tribus sacrifitijs colendo cum per diem. eo q̄ eius actus manifestatur in naturalibus que perficit tribus dimensionibus vt supra Et etiam

Trib⁹ pficit cognitionē que est in	Sensu	sicut ōt Trimegistus mercurius in li: de nīs deorū	Sensu	Ratiōe quo	manuducimur	propter q̄ in trib⁹ honorem⁹ deum
	Ratione		Ratiōe		idagam⁹ vm	
	Intelligētia		Intelligētia		mēte conspicim⁹ inuentū	

	Adoratione		mane	Oriētē Meridiē		Pytagore ⁊ huic cōsonat legi cristiani
Scz	Sacrifitio thuris	Et hoc tribus vicib⁹ ⁊m tria pūcta hemisperij hoc est	vespere	Et ideo leguz aliqua precipit adorare ad	vt fuit	Trimegistiz huic consonat lex Machmeti
	Imnis		meridie	Occidētē		Moysi et iude⁹orum

Causa autem huius est quoniam motus diurnus est ab oriente. Planete autem qui secundum traditionem Ptholomei quasi anime sunt signorum celi voluuntur ab occidente. Sed lumen vtuificum secundum circulum obliquum reuertitur a meridie. Ratio adorationis est reuerentia Ratio thuris est distributio suauissime cognitionis diuine in virtutibus discretiuis tam celestium q̄ hominum terrestrium Nō autem himnoruz suaue ionantium est concentus celi vt dixit Pytagoras. Et hoc etiā dixit Hermes Trimegistus qui fuit ante Pytagorā. Sm autem Peripatheticorū traditionez significat armoniam separatarum substantiarū in laude intellectuali et iucunditate. Nec autem nō ob aliud dicta sunt nisi q̄ hec tres dimensiones tota corporis perfectio manifestantur ⁊ perficiuntur in celo relato ad rerum ⁊m ordinationem prime cause.

Dia dictum est de corpore mobili ⁊m se Dicendum est consequenter de corpore mobili contracto ad vbi. ¶ Et primo de ingenerabili et incorruptibili quod est celum. Vnde dicit Aristo. primo phi. Ex vniuersalibus ad singularia oportet peruenire. Vnde pueri primo appellant omnes viros patres et omnes feminas matres. Posterius autem determinant horum vnūquodq⁹. Primo igitur ostendendum est q̄ vnus est mundus corporalis et non plures. Secundo q̄ celum sit finitum. Tertio q̄ omnia corpora sunt in celo et extra celum nullum. Quarto q̄ celum nec est elementum nec elementatum

Liber secundus

tum. Quinto de nobilitate celi respectu inferiorum corporum. Sexto de motu celi. Septimo de numero celorum. ¶ Qaūt Mundus

Unde mundus ſm Iſidorum libro. xij .c. j. Eſt celū terra mare et que in eis ſunt opera dei. Et eſt triplex ſcilicet Archetipos ſiue ſpiritualis ſic deus gloriosus dicitur mūdus. quia omnium creaturarum eſt exemplar creator et factor ſzm ſimilitudinem diuine cognitionis. Alius mundus dicitur Macrocosmus a macro quod eſt maior ⁊ cosmꝰ mundus quaſi maior mundus. Tertius mundus dicitur Microcosmus .i. minor mūdus ſicut homo dicitur minor mundus. viij. phi. propter triplicem ſimilitudinem ſcilicet quo ad corpus. quo ad animam. et quo ad motum. Quo ad corpus quia ſicut in toto vniuerſo ſunt quatuor elementa ſcilicet ignis aer ⁊c. ex quibus eſt conſtitutum vniuerſum ſic etiā homo cōponit ex quatuor elementis ⁊ q̄uis quintū corpus ſimplex ſcilicet celum non intret compoſitionem hominis ſzm ſubſtantiam tamen ſzm virtutem. Quo ad animam dicit philozophus .iij. de anima. Qꝛ anima eſt quodammodo omnia ſzm proportionem q̄uis non ſzm naturam. Tertio quo ad corporales motus quia ſicut in celo eſt duplex motus vnus ab oriente in occidens qui motus capit ſecum ſzm naturam ſpheras inferiores vt infra. Alius eſt motus ab occidente in orientē contra motum primi mobilis. Sic etiā in homine eſt duplex motus ſcz rationis et ſenſualitatis ⁊ vnꝰ contrariatur alteri. quia motus ſenſualitatis contrariatur motui rationis. et motus rationis eſt ab oriente in occidens, i. ex virtutibus. Sed motus ſenſualitatis eſt ab occidente ideſt a vicijs.

Notandum primo

Qꝛ Mundus ſumitur quadrupliciter. Primo pro tota vniuerſitate rerum. Secundo pro vniuerſitate rerum creatarum. Tertio pro tota vniuerſitate rerum corporearum. et hoc modo debet hic capi. Quarto pro tota vniuerſitate rerum corruptibiliū vt capitur in .i. metheororum. Vbi dicitur. Neceſſe eſt hunc mundum inferiorem eſſe contiguum lationibus ſuperioribus vt tota virtus eius inde gubernetur.

De productione mundi

Diuerſe diuerſorum ſunt ſententie in perpetuitate mundi et eternitate in hoc a veritate fidei catholice deſtitientes. Et tales ſunt in duplici differētia qui in hac re ſcripſerūt quos etiam maior pars philozophantium ſequuta eſt. Quidaꝫ enim vocantur

Achedemici

Quorum princeps fuit Plato dicentes tria fuiſſe ab eterno ſcz deū. materiam informē quā vocauerunt cahos quod ſonat confuſio. et exemplar .i. ydeā ad cuius ſimilitudinē deus ex rudi et informi materia feciſſet mundū quare vocauerunt deū factorem mundi et non creatorem. capiendo ſalē creare vt eſt aliquid ex nihilo facere. Quod per pulchre tangit Ouidius in .j. methamorphoſeos dicens. Ante mare et terras et quod regit omnia celum. Vnus erat toto nature vultus in orbe ⁊c. Et Plato in Thimeo vocat deum opificem mundi qui ſempiternum exemplar imitans redegit in ordinē cahos temerie agitatum in exordio ignem ſurſum ſuſpendens terram vero in ima detrudens in medio locando aerem et aquam. ex quibus quatuor mundi corpus conflatum eſt ne quicquid diſſolui niſi ab eo a quo collegatum eſt. Dicunt enim quidam homines Platonis muſam imitantes Qꝛ exemplar perpetui mundi eſt apud creatorē quod vocat mūdum Archetipū eo q̄ eſt huius mundi ſenſibilis principalis tipos ⁊ qō eſt exemplar nō recedens ab ipſo. Quodquidem Plato non dixit ydeam eſſe in mente diuina conceptā Concedit etiam dominus Albertus propter quod dicunt domum ex domo et mundū ex mundo ſed poſuit ipſum habere veram rationem rerum creatarū ⁊ dixit ipſum eſſe rerum formas ſeparatas ad quas formantur ille que prodeūt in corporalem materiā. propter quod nominauit illa exēplaria formas et illas que ſunt in materia vocauit imagines eo q̄ facte ſunt ad imaginem illarum que manent extra materiam ita q̄ dixit hoc

Summularum Alberti

minem eſſe ſeparatū et alium ſeparatū ⁊cijo. vſq; c. de formis. Alij aūt phi vocantur

Peripatetici

Quorū princeps fuit Ariſto. qui dixerūt mundū iſtū ſenſibilē fuiſſe ab eterno nec genitū nec factū vt quatuor elemēta celi et mixta. qꝛ non dat primus homo ſzm eos. Dixerunt em̄ ab eterno fuiſſe gnationes ⁊ corruptiones et illas durare in perpetuū vt tangit Ariſto. et ſuus Com: Alpherrois in multis locis. qꝛ ſzm Ariſto. in .j. phi. Ex puro non ente nihil fit et. viij. prime phie. Omnia que fiunt ab aliquo fiūt ex aliquo. Itē Com. circa. iij. phi. ⁊ Ariſto. viij. eiuſdē. Qui eſtimant fieri aliquid ex nihilo eſtimāt impoſſibile poſſe eſſe Et .j. celi. Nullus antiquorū dixit mundū generatū eſſe ex nihilo quoniā eſt inopinabile et impoſſibile. Itē. xij. meth. Opinio Ariſto. eſt Agens nō facere aliquid niſi mouendo et tranſmutando materiā donec exeat forma de potentia ad actū nec vſq; dicit Ariſto. Agens agere ſine tranſmutatione. Itē Ariſto. viij. phi. et. xij. meth. probat motū celi nunq; incepiſſe ſed eſſe eternum. Ex quo patet corpora celeſtia et eoꝝ motores fuiſſe ab eterno ſzm Ariſto. opinionē et in .j. phi. Probat materiam non eſſe factā qꝛ ſi eſſet facta eſſet ex aliquo preexiſtente ⁊ ſic eſſet autēq; facta eſſet quod implicat. Ariſtoteles em̄ non nouit aliū modū emanandi effectus a ſua cauſa q̄ p generationem que preſupponit materiā Quare voluit Ariſto. Materiā non eſſe genitam nec etiā mundū. non tamen negauit mundū eſſe creatū a deo qꝛ non nouit illā emanationem effectus a cauſa per viā creationis. Talis em̄ puris phis fuit incognitus Sed catholica fide illuminatis per reuelationem ſacre ſcripture manifeſtatus. Patet igitur inſufficientia philozophorū et excellentia ſacrepagine ſupra notitias humanitus ⁊ lolū lumine nature inueſtigatas. Nec valet hec conſequentia. Materia non eſt genita ergo non eſt producta. qꝛ arguitur ab inferiori ad ſuperius cū diſtributione ſuperiorīs. Nā producere eſt ſuperius ad generare. Patet etiā doctrinā Ariſtotelicam in hac parte erroneam et non philozophicā ſed bene apparuit ſibi vera et philozophica ſuo lumine et naturali influentia. Studiū em̄ philozophicū eſt ſtudiū veritatis. Et qꝛ omne verum vero conſonat quod non eſt verū in theologia non poteſt eſſe verū in phia. Nam theologia eſt de ſummis veritatibus que metrū et menſura ſunt omniū veritatū quare ch'tiāna veritati catholice falſum eſt et erroneum. In illam em̄ omnia ſtudia ordinari debent et ab illa moderationem et regulationē capere quare nō ſufficit philozopho catholico ſcire quid philozophi gentiles docuerunt ſed ſcire opus eſt in quo cū theologia cōcordant et diſcrepant vt ſic verum ex falſis inuentatur. Et qꝛ Alpherrois in prologo primi phi. dicit qui ſequuti ſunt Ariſto. vſq; ad hoc tempus nullū in eius verbis inuenerunt errorem Et talem virtutem eſſe in vno homine miraculoſum eſt et extraneum Ideo dico pro ſaluatione ſue poſitionis q̄ q̄uis Philozophus efficaciter probet mundum non incepiſſe per naturalem motum. Nam ſic ante primū motum eſſet alius motꝰ in nullo tamen contradicit poſitio ſua fidei. Nam ſimpliciter non probat nec affirmat eternitatē mundi et motus vt pꝛz. viij. phi. Sed vtitur illa perpetuitate mūdi ad probandū perpetuitatē primi motoris nō tanq; principio oſtenſiuo ſed tanq; principio per ſuaſiuo. Induxit em̄ hanc opinionem ex opinionibus aliorū philoſoꝝ. Et ex hoc etiam ſunt poteſt quare phus vocat illā propoſitionē Mūdū eſſe perpetuū in thopicis problema neutrū. quia ſunt rationes eque fortes ad vtranq; partem ſicut latius ibidē. Neq; etiam Ariſto. philoſoꝝ princeps dicens mundū eſſe ab eterno eſt hereticus cenſendus propter tres cauſas quibus videtur excuſatus. Prima quia dixit verū ſzm ſanctū Thomā Intendebat em̄ dicere q̄ mundus non incepit per naturalem motū quod eſt verum et ſic procedunt ſue rationes. Secunda cauſa quia ante fidem datam nullus fuit obligatus ad ſeruandam fidem Sed tempore Ariſtotelis lex fidei catholice non fuit data per criſtum Nec lex vetus in qua haberur articulus de creatione mundi obligat gentiles. ſed ſolum yſrahelitas quibus promulgata fuit. Tertia qꝛ pertinacia facit hereſim. Sed Ariſto. non fuit pertinax in iſta opinione quod probatur ex primo thopicorū, vbi dicit mundū fuiſſe ab eterno eſſe probleuma neutrum vtrū.

De vnitate Mundi

Liber secundus

Vnde Olimpus quidam mons est Macedonie tante altitudinis vt in eius cacumine nec ventus sentiatur nec nubes se colligant quia excedit illum aerem humidū. In quo aues celi volitant quod ab eis proditum est qui solebant (nescio quorum sacrificiorū causa) memoratū montem ascendere et aliquas notas in puluere scribebant quas pro alio anno integras inueniebant. quod fieri non posset si in loco illo ventus aut pluuia dommaretur. Deinde tanta est tenuitas illius aeris vt non suspirare durarent. Illuc enim tre non poterant nisi spongeas humectatas naribus applicarent vnde crassiorem et conuenientem spiritum ducerent. Hij ergo indicarunt nullam auem in illo loco vidisse Et dicitur ab olon quod est totum et phos quod est lux quasi totus lucens. Quia est quasi celum altitudine sua. Vnde et spe pro celo ponitur quod claret etiam ex propinquitatibus celi.

Igneum

Scm quosdam vocatur centrum spere ignis propter ipsius ignis puritatem subtilitatem et summam quam habet pre ceteris elementis. Actualitatem et propter alias nobiles celestes quas consequitur ex vicinitate orbis et planetarum proprietates.

Firmamentum

Vnde Firmamentū dicitur duobus modis. Vno modo dicitur tota natura quinti corporis Sic capitur genesis primo. Fiant luminaria in firmamento celi Et iterū. Fecit deus duo luminaria magna. Luminare maius vt preesset diei et luminare minus vt preesset nocti et posuit ea in firmamēto celi vt lucerent super terrā. Cōstat aūt ſzm oēs q̄

Sol et luna q̄ sunt luminaria magna sunt in inferioribus circulis planetarum ergo hoc modo non tantum octaua spera dicitur firmamentum sed etiam inferiores. Alio modo firmamentum dicitur octaua spera duntaxat. Et dicitur firmamentum a firmitate nature. quia non generatur neq; corrumpitur vt̄s. Et non ab immobilitate ſz̄m locum. Nam ad oculum videtur circumuolui De quo supra dictum est. Et quia talis spera sic multis imo innumerabilibus stellis est decorata. Ideo vocatur celum sidereum.

Cristallinum siue aqueum

Quod sc̄om philozophos nonū celum dicitur. Quadruplici necessitate ponitur quas assignat Aneualpetrus in astrologia sua prima que est q̄z superius dicta est. quia ab vno motore simplici non potest esse nisi vnus motus m mobili. Si ergo aliquod moueatur pluribus motibus hoc non mouetur a primo motore simplici immediate. Sed spera stellata mouetur pluribus motibus. ergo non mouetur immediate a motore simplici ⁊ ita oportet q̄ celum aqueum quod est ante speram stellatā moueatur primo motu simplici a primo motore. Q̄ autem spera stellata habeat plures motus dicitur a Ptholomeo in almagesti et ab Alnographa in indicibus astrorum. Et ab Aristotele in libro de causis elementorum sicut supra visum est de numero speraruꝝ. Secunda causa quia cum sit vna spera que habet bonitatem proportionatam corpori mobili circulari sine motu sicut est celum empirreum. Ita sunt quedam spere que recipiunt bontatem illā per motum vnum que est ignobilior superiore et nobilior inferioribus. Et hec necessitas sumitur ex parte motus. Et innuitur a philozopho. ij. de celo ⁊ mundo. Tertia ē quia cum sit quedam spera recta. et quedam decliuis in spera stellata. Dico autē speram rectam circulum equinoctialem cum suis polis. Spera vero decliuis est illa q̄ declinat ab equinoctiali sicut zodiacus. Oportet q̄ ſz̄m vtrunq; sit motus proprius et mobile proprium. Cū ergo in spera stellata inueniuntur ambo motus non ambo poterint esse proprij ergo oportet q̄ sit nonū mobile cui motus ille sit proprius qui est supra polos et circulum equinoctialem. Et iste omnes rationes sunt Aneualpetre ponentis nonum celum. Quarta necessitas est ex parte finis. quia in inferioribus non est tantum diuersitas in generatione et corruptione particularium sed etiam vniformitas in esse specifico et in ordine nature. Et ideo oportet q̄ sit in superioribus corpus vniforme quod esset causa huiusmodi ordinis et permanentie. ¶ Si autem aliquis dicat q̄ aque non sunt supra celum sicut nititur Augustinus super genesim ad litteram dicere. Hoc erit aquarum pondus q̄s̄ super terram fluant vel in aere vaporabiliter ferantur. et non vt sint supra firmamentum ergo cum celum aqueum ponatur de materia aque non erit supra firmamentum sicut nonum celum. Hoc erit contra scripturam sacram. Cuius vt idem dicit Augustinus maior est autoritas q̄s̄ omnis humani ingenij perspicacitas.

Et ideo scias

Q̄ talis aqua non sumitur pro elemento et pro materia confusa que habet in se caliditatem frigidum siccum et humidum tenebrosum luminosum perspicuum et opacum. Et dicitur aqua. quia sicut aqua interminabilis est in se et terminatur ad siccum densum. Ita materia illa indeterminata est in se et terminatur ad distinctam formam et locum. Per formam sicut quando dicitur q̄ fecit celum et terram et hominem. animalia et plantas Per locum sicut quando dimisit lucem a tenebris et aquas que sunt supra firmamentum ab his que sunt sub firmamento et huiusmodi. Cum igitur illa aqua in se habeat contrarias differentias sub confusione et mixtura scilicet calidum frigidū ⁊c̄. Subtile grossum tenebrosum et luminosum perspicuum ⁊ opacum in distinctione sui ſz̄m locum per superiorem et inferiorem ſz̄m differentias nobiliores eleuabitur sursum et ſz̄m ignobiliores descendet deorsum. Nobilissime autez differentie sunt que competunt quinto corpori interalmutabiliter Et ille sunt tres scz̄ subtile luminosuꝫ pspicuū g̃a ſz̄m has differētias celū aqueū erit in sublimi his subtile pro mā pspicuū seu dyaphonū pro dispōnali ⁊ lūinosū pro forma pplente, Et hac rōe q̄dz sancti cōsiderantes celi hmōi modū

solubilitatem. perspicuitatem et luminositatem vocauerunt ipsum cristallinū sicut Rabanus et quidam alij.

Empirreum

De quo celo Empirreo est dubitatio. Prima talis. Vtrum sit corpus. Solutio cōmunis magistrorum sententia est Q̄ celum empirreum est corpus nobilissimum inter omnia corpora simplicia. Et propter hoc dicunt sancti q̄ sit igneum non propter ardorem sed propter lumen corporale quod habet. Contra hanc sententiam sunt quidam sancti et precipue Damascenus sic arguentes· Ipsum celum empirreum continet in se sanctos Angelos et beatos. Omne autē continens simplicius est contento ergo celum cōtinēs simplicius est angelis. Cum igitur angeli sunt spiritus celum empirreum non potest eē corpus. q̄ sic non esset simplicius. Item locus est saluatiuus ⁊ contentiuus locati. iij. phi. Cum ergo celum empirreum sit locus angelorum. Celum empirreum est saluatiuum angelorum. Sed spiritus non dependet ad corpus q̃tum ad rationem saluandi in esse ergo celum empirreum non est corpus. Dicendum ad primum q̄ continens diffinitiue non de necessitate est simplicius contento. sed continens circumscriptiue solū. Ad aliud dicendum q̄ angeli non implent celum empirreum sicut locatum locum suum. Sed implent ipsum ſz̄m distinctionem Jherarchiarum thorozum et mansionum que in domo patris multe sunt sicut dicitur in euangelio Johannis. Et ideo celum non est locus eorum nec saluans eos in esse sed potius q̄ magis congruit in genere corporū actui beatitudinis et contemplationis eorum. ¶ Secundo dubitatur. Vtrum celum empirreum sit mobile. Et videtur q̄ sic. quia dicit Philozophus q̄ omne corpus naturale habet motum Cum ergo celum empirreum sit corpus habebit motum naturalem Item videtur q̄ ipsum sit mutabile non tamen mobile ſz̄m locū Quia super illud psalmi. Ipsi peribunt tu autem permanes. Dicitur q̄ celum in quo creati sunt angeli mutabitur Sed hoc est empirreum. ergo empirreū celum mutabitur. et si mutabitur ſz̄m qualitatem multo fortius ſz̄m situm. Dicendum q̄ celum empirreum est immobile nā nobilius est q̄s̄ participat bonitatem sine motu q̃s̄ quod cum motu. Cum ergo primum corpus sit nobilissimum ipsum participabit bonitatem quam potest habere sine motu. Item locatis proportionatur locus ſz̄m congruentiam Sed locata celi empirrei sunt in quiete ⁊ contemplatione beatitudinis ergo celum empirreum est in quiete. Dicendum igitur ad primum q̄ philozophus loquitur ibi de corporibus ordinatis ad generatiōez ⁊ corruptionem per motum suum. Sed celum empirreum est ordinatum super huiusmodi ordinem ⁊ ordinatur ad statum contemplatiuum. Et propter hoc ipsum non habet motum. Ad illud autez quod obijcitur de innouatione eius bene concedi potest q̄ innouabitur. Sed motus localis non sequitur ad immutationem illam sed ad mutationem que est ex alteratione hac. quia ibi necesse est agens localiter accedere ad patiens. Et talis alteratio non accidit celo empirreo.

Celum trinitatis

Vnde si celum trinitatis ponitur distinctum celum ab empirreo tunc dicendum q̄ celū trinitatis nihil aliud est q̃s̄ excellentia virtutis eius que continet et ambit omnia creata Et sic idem est q̄ deus ſz̄m rem sed differens sola ratione. Sicut enim sapientia et virtus dei idem sunt ſz̄m rem sed differunt ratione. Sic celum trinitatis ⁊ deus. Et si dicas philozophus. iiij. phi. dicit q̄ nihil est in seipso per se. Cum ergo deus sit in celo trinitatis et non sit in aliquo per accidens. quia nec aliquod accidens et conuenit Celū trinitatis non erit idem deo. Dico q̄ idem esse in se ipso potest intelligi dupliciter scilicet per affirmationem et negationem. Per affirmationem nihil est in se ipso quia oporteret q̄ idem esset continens et contentum quod esse non potest. Per negationem vero aliquid est in se ipso. i. non in alio sicut omnia prima que non continentur sed continent alia ⁊ sic deus est in se ipso. Vel pōt dici ⁊ melius q̄ nihil est in seipso idē ſz̄m rē ⁊ rōez Sed aliquid est in seipso idem ſz̄m rem ⁊ differens ſz̄m rationem. Et sic deus est in celo trinitatis. ¶ Vtrum autem beate virginis sit esse in celo trinitatis. Et videtur

ꝙ sic ꝙ dicitur ꝙ sit exaltata super choros angelorū ad celestia regna et nihil est super choros angelorū nisi celum trinitatis ergo ipsa est in celo trinitatis. ¶ Similiter potest queri Utrū cristus ſm qꝫ homo sit in celo trinitatis et videtur ꝙ sic. qꝫ dicitur in simbolo Apostolorū. Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris. Dextra aūt dei patris est in celo trinitatis. Solutio dicimus ꝙ nihil est in celo trinitatis nisi pater et filius et spiritussanctus. Nam esse in celo trinitatis est esse in equalitate virtutis dei continentis ⁊ saluantis omnia sub ipsa virtute contenta. Sed cristus homo ingꝝtus homo non est in equalitate dei patris. Cum dicat. pater maior me est igitur non est in celo trinitatis sed Empirreo. Dicendum ergo ad primum ꝙ beata virgo non est in celo trinitatis sed dicitur exaltata super choros angelorum. hoc est intelligendum soluꝫ ſm dignitatem. Ad aliud vero quod obijcitur de crisso. Dicendum ꝙ cristus homo ingꝝtum homo continet in celo empirreo Sacramentaliter in altari. Dignitate vero non continetur ab aliquo loco sed est super omnem locum et super omnia que diffinitiue et circūscriptiue continentur in loco.

Theologi septem speras siue celos assignant scilicet. aereum. ethereum igneum. siderium. cristallinū. olimpum. empireū siue trinitatis. Quatum numerus sic potest capi. Omne celum vel nominat rem creatam vel increatam. Si increatam et sic est celum trinitatis empirreuꝫ. Si creatam vel nominat rem corporalem vel incorporaleꝫ. Si corporalem hoc est dupliciter vel ꝙtum ad extrema vel ꝙtum ad media. si ꝙtuꝫ ad extrema sic est celū igneū et aereum. Si ꝙtum ad media sic est celum ethereū. Si vero nominat rē creatam incorporalem hoc itetū est dupli dupliciter vel ꝙtum ad extrema vel ꝙtum ad media. si ꝙtum ad extrema sic est celum siderū et empirreū. Si ꝙtum ad mediū sic est cristallinum.

¶ Et nota

Uñ in vniuerso Sꝫm. b. Tho. duplices est considerare naturas scꝫ naturam perpetue permanentie ⁊ vniformitatis que maxime est in substantijs separatis et naturam generabilem et corruptibilem que est in istis inferioribus corporibus. Corpora autem celestia cum sint media inter vtranqꝫ naturam participant aliqualiter eandeꝫ naturam ſm duos motus. Quoꝝ primus qui dicitur diurnus est causa perpetue durationis ⁊ vniformitatis in rebus. Secundus vero qui est in obliquo circulo ab occidente in orientē est causa generationis et corruptionis et aliarum transmutationum corporum inferiorū Primum ergo mobile tanꝫ nobilissime nature et propinquissime substantijs separatis habet duntaxat primum motum qui pertinet ad naturam vniformitatis. Alia aūt corpora celestia ingꝝtum recedunt a naturis immobilibus appropinquando substantijs generabilibus et corruptibilibus habent duplicem motum scilicet motum alienum ab oriente in occidentem. Et hoc raptuſ firmamenti cuius violentia singulis diebus ab ortu vsqꝫ ad occasum rapiuntur. Dumuꝫ enim mobile tanto desiderio monetur ꝙ suo precipiti cursu rapit secum omnes alias speras inferiores. Habent etiam vltra illum motum primi mobilis diurnum proprium motuꝫ qui est ab occidente in oriens contra motum firmamenti. Nam tanta celeritate spera celi mouetur ꝙ nisi aduersus eius precipitem cursum planete occurrerent et impetum eius moderarent machina mundi solueretur. Et ideo ſm Alphraganum septem orbes planetarum raptui firmamenti obuiant et velocitetem eius reprimunt et retardant. Et hec est vna causa alius motus.

Notandum primo

Qꝫ tali motu quo planete contra firmamentum mouentur. quidam celerius quidā tardius perficiunt cursum ſnum. Et hoc propter circulorum suorum dispar em quantitatē Saturnus enim qui mouatur in quolibet signo per. xxx. menses. Complet cursum suum in. xxx. annis. Juppiter vero mouatur in quolibet ſgno per .j. annum. Et cōplet cursum suum in. xij. annis. Mars autez qꝫ mouatur in quoliber signo. lx. diebus. Perficit cursum ſuum in .ij. annis. Sol Venus Mercurius quasi vniformiter in vno anno perfitiunt cursum. Luna vero in vno mense. vj. Annos viginti currit bis quinqꝫ Saturnus. Atqꝫ duodenis percurrit iuppiter annis. Sodiacum totum Mars binis pervolet annis. Tricentis et sexagenis et quinqꝫ diebus. Sex horis zodiacum sol peruoler omnem. Tricentis bis viginti Venus octo diebus. Surgit tricentis bis decez mercurialis. Octo bis denis consurgit luna diebus. Cuius ratio est. quia quanto aliquis orbis est propinquior supremo tanto supremus magis preualet in ipso. Et ideo velocius mouet ipsum motu diurno et quanto velocius mouetur tali motu diurno tanto tardius mouetur motu proprio sicut patet de Saturno ⁊ Luna.

Notandum secundo

Qꝫ motus naturalis planetarum et proprius in his ſignis est duplex scilicet primus et secundus. Unde primus est quem facit planeta in proprio circulo cuius metas et terminos nunqꝫ exit. Secūdus vero motus est quem facit sub zodiaco et habito respectu ad zodiacum semper in equali tempore equale pertransit spatium. Primus ergo motꝰ ipsius planete fit in circulo qui dicitur ecentricus Et est circulus qui continet centrū mūdi habens tamen suum centrum extra centrum mundi. Et dicitur ab e quod est extra ⁊ centrum. Et tales ecentrici sunt triplices. Nam quidam est ecentricus ſm superficiem concauam tantum. Alius ſm superficiem conuexam. Tertius vero ſm vtranqꝫ. Undecentricus ſm superficiem vtranqꝫ dicitur circulus deferens corpus planete et mouet ad motum eius. Et pars circuli magis distans a centro mundi vocatur anfractuosatio. Sed pars opposita dicitur oppositum augis. Et portiones intermedie dicūtur stationes. Et hinc est ꝙ planetis tres assignantur circuli ſm Ptholomeum scilicet deferens equans et epiciclus. Deferens est circulus planete per cuius circumferentiam semper mouetur epiciclus ipſius planete. Dictus deferens quia defert epiciclum ꝙ circulū eius. Equans dicitur super cuius centrum mouetur centrum epicicli planete vniformiter. Et dicitur equans quia in illo tenet equaliter planeta cursum suum. Sed epiciclus est idem quod paruus circulus non continens centrum mundi. sed est in circumferentia circuli deferentis vbi habet suum centrum. Et dicitur ab epi quod est supra et ciclos idest circulus quasi supra circulū existens in cuius circumferentia mouetur corpus planete Et in tali circulo quatuor puncta describuntur imaginando duas lineas procedentes a centro mundi concludentes illum circulum. vna versus orientem et alia versus occidentem. Et primum punctum tangens lineam versus orientez dicitur statio prima Punctum vero sibi oppositum dicitur statio eius secunda. Et planeta existens in illis duobus punctis dicitur stationarius. Circulus vero interceptus inter illas duas lineas dicitur directio Et planeta in eo existens dicitur directionarius. Sed arcus inferior dicitur retrogradatio Et planeta in eo existens dicitur retrogradus. Sicut patet in figura sequenti.


Epiciclus
planete
Deferens
Orbis
Epicyclus
Orbis
Deferens
Epicyclus
Epicyclus
Epicyclus

vt in secundo huius premissum est. Sequitur hec tertia considerario mobilis/simplicis ſzm motum qui est ad formã variatrem esse mobilis. Et in hoc completa erit prima pa vniuersalium naturalium. Nam mobile in vniuersali non habet plures considerationes. Et quia oportet primum premittere in aliqua scientia subiectum attributionis eiusdem & inquirere et determinare de considerandis in ea vt colligitur ex .iiij. metab. Comparatur enim subiectum ad scibilia in scientia considerata vt principium ad principiata. Sed principiorum notitia dependet ex cognitione principiatorum. Hoc est qđ dicitur .j. celi. Parum erroris in principio maximus erit in fine. Com. ibidem commẽtatorem assignat dicens. Omnino considerandum est de principijs et habere magnam sollicitudinem circa ea. Et ideo sermo de principijs est sermo de omnibus ſcz in potentia. Subiectum igitur in proposito est ens mobile ad formam .ſzm Doctorem sanctum. Passio vero demonstrabilis est generabile. Demonstratio potissima sic figuratur. Omne quod est in potentia ad susceptionem forme est generabile. Sed omne ens mobile ad formam est in potentia ad susceptionem forme ergo omne ens mobile ad formam est generabile. Et hec conclusio limitat et regulat omnes alias eiusdem habitus .i. scientie conclusiones.

Notandum primo

Q⁹ Elementum ſzm philozophum .v. metb. dicitur multis modis. Dicitur enim primo elementum principium. Imo elementum et principium dicuntur ad inuicem quasi conuertibiliter. Ideo ſzm distinctionem principij potest fieri diuisio et distinctio elemẽti. Principiorum autem alia sunt cognoscendi Et talia sunt duplicia. Nam quedã sunt complexa ⁊ sunt propositiones per se note que sunt ita manifeste veritatis q⁹ intellect⁹ eis assentit solum intellectis et cognitis terminis sine aliqua vlteriori probatione ⁊ hoc est quod voluit philozophus .ij. metb. cuz inquit. In foribus nemo delinquet vt ē hoc principium. Omne totũ est maius sua parte. Et hoc modo Aristo. j. phi. dicit Dispositio scientie et veritatis est in omnibus rebus que sunt principia aut elemẽta vbi Arist elementa appellat principia ista complexa. Alia sunt principia incomplexa et sic quodlibet subiectum attributionis alicuius scientie dicitur principium eiusdez/scientie ⁊ merito. Quia ſzm philozophum illa sunt principia que oportet esse primo nota. Nam ex principijs principaliter sciuntur principiata. Sed ipsum subiectum in qua'libet scientia est primo notum ideo congrue dicitur principium Nam prime cognoscendi. Alia sunt principia essendi vt que concurrunt ad realem compositionem rei ad extra. De quibus .j. phi. ⁊ .v. metb. Secundo dicitur elementum quod ſzm aliquem ordinem componit aliud Et sic littere sunt elementa dictionis. Tertio dicitur elementum quodlibet cum aliquo primo constituit rem per naturalem generationem sicut quodlibet corpus simplex recte motum dicitur respectu mixti elementi. Tertio qđ ſzm ſrum primo rem constituit cum alio vt in descriptionibus geometricis linee constituentes figuras dicuntur elemẽta. Quarto qđ ſzm virtutem rem constituendo ingreditur. Et sic celum respectu inferiorum potest dici elementum. Et hoc nomen elementi vario modo ſzm istam equinocationem dicitur interpretari. Nam primo dicitur elementum quasi ilimentum .ab vle quod est materia ex qua primo creata sunt elementa. Secundo quasi ilicimentum. Nã ex elementis ilicita sunt mixta et composita. Tertio quasi eleuamentum. Nam vnum elementorum est eleuatum super aliud. Quarto quasi alimentum .quia omnia alitur ex elementis. ij. de anima. Dicitur igitur elementum Alio modo ſzm specialiorem intellectum principiũ cuiuslibet corporis sensibilis et mixti ſzm quod diffinitur .v. metb sic. Elementum est ex quo res componitur primo et est in eadem et non diuiditur ſzm formam idest speciem in aliam formam. Ex qua diffinitione.

Nota secundo

Tres conditiones requisitas ad elementum. Prima q⁹ ex ipso mixta immediate debent componi sic q⁹ nihil quod habet rationem substantie maneat inter mixtum et elementa mixta componentia Cum hoc stat q⁹ maneant dispositiones qualificatiue vt calidus frigidum ⁊c. Et per hanc conditionem excluduntur materia et forma ex quibus mixta

non immediate componuntur. quia primo ex materia et forma componuntur elementa vocata Et vlterius ex elementis vocatis componuntur mixta vt homo et asinus. Et hec conditio innititur in diffinitione cuz dicitur Ex quo res fit primo .i. immediate sic q⁹ primo dicit immediationem et non originem. Secunda conditio q⁹ ipsum debet manere in mixto non quidem formaliter et ſcõm substantiam sed solum virtualiter et ſcõm effectum. Vnde effectus elementorum sunt frigiditas caliditas que dicuntur qualitates Et ſzm illas qualitates elementa dicuntur manere in mixto. Et quia quodlibet ens cõstituitur in actu per suam formam. Si ergo elementa ſzm formam manerent in mixto tunc etiam forme substantiales elementorum manerent in mixto. Et per consequens tale mixtũ eẽt plures species specifice differentes. Et illa cõditio tangitur in diffinitione cum dicitur. et est in eadem. ¶ Vnde circa presentem conditionem est Questio satis difficilis de formis substantialibus elementorum. Que talis est

Questio

Verum forme substantiales elementorum maneant actu in mixto vel non. Que quidẽ questio supponit ante se aliam dubitationem scilicet istam. Quid moueat elementa ad mixtionem. Pro qua dico ſzm dicta philozophorum q⁹ primum mouens elementa ad mixtionem est immiscibile et hoc est totum mundum mouens et ordinans quemadmodum docet Aristoteles. Spera enim solis in qua est fons caloris. nata est mouere ignem Et spera lune nata est mouere aquam per quod mare ingreditur ⁊ egreditur ad quantitatem et etatem lune. Spere autem quinq⁹ planetarum scilicet Saturni Jouis Martis Veneris et Mercurij monent speram aeris. Vnde motus aeris mouti sunt diuersi. Sicut diuersus est valde motus dictorum planetarum ex est in aere frigus congelatiuũ ex spera Saturni. Et estas ex spera Martis. et temperies in frigido ex spera veneris et commiscibilitas et passibilitas facilis ex spera Mercurij. Spera autem stellarũ multarum que est octaua in qua sunt multe imagines et figure mouent terram. Vnde etiam in ipsa figurantur imagines multe in generatio. Licet ergo leuia non descendant ex se nec grauia ascendant a se tamen ex motoribus vniuersalibus mouentibus et ordinantibus mundum aliquando descendunt lenia per quendam modum. et ascendunt grauia q⁹ modum alium. Huius autem exemplum conueniens ad in qualitatibus actiuis et passiuis corporis animati. Non enim in homine vel alio animato semper monetur ſzm naturã calidũ per naturã et motũ ignis nec agit actum ignis omnino sed potius mouetur ad id ad quod dirigitur ab anima et agit ad terminum et finem iniunctum. Sicut dicit Aristo. contra Empedoclem in .ij. de anima. Cum igitur motus celi ſicut motus sapientis ſit sicut dicit Jelalac in libro de spera mota Et cum ad motuz celi reducatur omnis motus qui fit in elementis et elementatis sicut dicit Alpherrois. viij. phi. Ideo dictum est ab Aristo. q⁹ opus nature est opus intelligentie. Et hoc dictum ſit in genere primo corporum quia mouens ante hoc est motor orbis. Si autem generatur de motore continuo dicit Aristo. q⁹ calor solis mouet terram ⁊ aquam Sicut patet in libro metheororum. Ex his igitur patet q⁹ ad mixtionem non mouet violentia seõm naturã et ideo mixtio est naturalis. Et hec pro questione suppositaj. Sed redeundo ad principalem questionem diuido eam in duas partes Quarum altera est affirmatiua. Altera vero negatiua. Si enim remanere dicantur forme elementorum substantiales in mixto ſzm actum tunc videbitur necessario q⁹ compositum habeat plures formas substantiales ad quod sequentur multa inconuenientia. Primo est q⁹ nihil suscipit multas formas substantiales ergo nec mixtum seu compositum. Alias enim per multas formas substãtiales poneretur in diuersis speciebus. Pererea non esset vere vnum sed potius congruum seu vnum per accidens que omnia sunt absurda.

Secunda pars

Si autem non manent tunc videtur q⁹ cum materia mixti nullam habeat actu formam nec simplicis scilicet nec compositi. q⁹ priuatio ipsius adeo sit generalis priuatio .sicut priuatio materie prime, Sed prima materia est simplex ergo ⁊ materia compositi quod

est absurdum. Unde si ignis credere velimus tunc ignium est elementum esse in cōpo⁹ sito ſm ſuam formā in hoc q est ibi p̄ operatas elementi que est virtus eius activa vel passiua ſm qualitates elementales eo q non possumus dicere compositum vel calidū vel frigidum humidum vel siccum nisi in eo q est ex elementis. Cum autem sciemus p̄opietatem nusq̄ esse sine p̄opio subiecto oportebit q ſm aliquem modum elementum insit composito ſm formam substantialem. Preterea in resolutione ipsum compositum non resolvitur ad materiam communem elementorum. sed potius ad elementa. ergo videtur q in ipso sunt aliquo modo elementa ſm actum. ¶ Si autem omnia hec forte aliquis vellet soluere dicendo q elementa manent ſm medietates et cōm mediatates alteruntur. Sicut videtur dicere Aristoteles in fine p̄imi de generatione videtur inconueniens eo q forme substantiales non recipiunt intensionem et remissionem Et hic nō possunt intendi et remitti. Et ita est difficultas in omni parte questionis p̄o pter quod etiam Alpherrois impingit crimen Auicenne dicens eum latuisse qualiter potentia q non actu sunt elementa in mixto. Et ideo dixisse q sint in composito actu. et omnia hec superius dicta inconuenientia sibi accidisse et vlterius errorem sibi accidisse frequenter in natura ex confidentia bonitatis sue ingenij quam habuit absq̄ magno exercitio. In commento autem libri de generatione Alpherrois consentit cum Auicenna dicens q sunt elementa saluata in composito commixto ſm esse primum et non secundum. Et ideo si Alpherrois contradicit Auicenne contradicit sibiipsi. ¶ Hec questio post talem ambarum partium deductionem supponit quedam intermedia necessaria Quorum alterum est de esse. reliquum vero de actu. Unde ſm dominum Albertum allegantem Auicennam duplex est esse elementorum scilicet primum et secundum. Primum autem est esse quod habent in operatione qualitatum suarum que sunt p̄opriis ipsis et fluunt ab essentijs ipsorum que sunt calor frigus humiditas et siccitas. Et tale esse primum dicitur dupliciter scilicet liberum et integrum (vt ita dicam) et ligatū et partitum. Liberum autem voco quando ignis vel aliud elementum accipitur per se sicut sunt elementa in suis speris et locis naturalibus. Ligatum autem dico quod est ab alio alteratum et aliud alterans et diuisum in ipsum et econuerso ita q plurimū vnius sit cum plurimo alterius. Preterea ſm Commentatorem duplex est esse in elemento. Aliud actuale. quoddam vero potentiale Et ratio assignatur ſm eundem. iij. celi. Vbi vult q elementa sunt aliqualiter materialia et aliqualiter formalia. Sunt enim quasi materia mixtorum. Et sic habent esse potentiale. Sunt etiaz quasi formale virtutes ipsius materie p̄ime. Et sic habent esse actuale. Unde in q̄ntum essentia cuiuslibet elementi est impermixta essentijs aliorum elementorum sic est quoddam purum et simpliciter actuale et formale respectu materie p̄ime. Sed in q̄ntum permixta est essentijs aliorum elementorum in compositione mixti non est simpliciter quid purum actuale ꝛ formale. Nam vt sic essentia aliqualiter remissa et refracta est. Cum remissio forme accidat ex admixtione eius cum suo contrario. et intensio ex depuratione eius a suo contrario. Quia ergo in compositione mixti essentia vnius elementi. admixta est essentijs aliorum. Ipsa vt sic non dicitur simpliciter perfecta et in actu sed remissa. Ideo Commentator tale esse remissum vocat potentiale. Sic etiam distingue de actu. Est enim quidam actus entitatiuus ſm quem aliquid dicitur actualiter esse. Alius est perfectiuus ſm quem aliquid dicitur perfectum ex se. Et ſm hoc duplex etiam reperitur potētia scilicet Entitatiua ſm quam aliquid nondum est sed possibile est fieri. Alia perfectiua ſm quam licet aliquid actu sit non tamen perfectum est ex se sed ipsius perfectionem recipiens aliunde. Et licet operatio actualis elementi in actu entitatiuo maneat in mixto. nō tamen actualis operatio in actu perfectiuo ¶ Scias etiā p̄o latiori intellectu aliā distinctionem elementi

Virtuale est ipsum celum quod est causa omnium elementatorum et elementorum. Unde Aristo. j. celi vocat celum elementum primum.

Et de illo non intelligimus hic

Est em aliqs elementum

Rei veritatem vt illud cui hoc nomē elementum primo et principaliter ex natura rei conuenit et hic materia prima est elementum primo et principaliter quia ex

primo et principaliter conuenit diffinitio elementi data quinto metb.

Formale ꝛ est duplex quoddā ſm

Famositatem et consuetudinem vocis cui hoc nomē elementum conuenit secundario vt sunt illa quatuor corpa simplicia que ſm vulgares dicunt elementa vocata ex quo vident resolutionē mixtorum fieri in ea. Et de illis hic fit mentio ꝛ in de generatione. Quib⁹ omnibus suppositis pono Conclusiones tales

Prima conclusio

Elementa sunt formaliter in mixto. Ista conclusio est de mente Aristotelis. in primo de generatione quando dicit. Mixtio est miscibilium alteratorum vnio. Unde potest sic argui ex eodem primo de generatione. Illa que manent in mixto solum alterata manent ibi formaliter. Sed elementa quatuor sunt huiusmodi ergo. Maior nota quia alteratio non est corruptio. Minor probatur per diffinitionem mixti Vbi dicit alteratum et non corruptum. Preterea illa formaliter sunt in mixto que post corruptionē mixti redeunt ad loca propria. Sed sic est de elementis ergo. Maior nota'. quia quod non est in aliquo non recedit ab ipso. Minor patet primo de generatione. Vbi dicitur Videntur ex separatis scilicet locis euenientia et iterum videntur posse separari et redire ad sua loca. Preterea ſm Commentatorem. iij. celi. commento. lxiij. nisi forme substantiales elementorum remanerent in mixto formaliter sequeretur q in materia reciperentur forme mixtorum immediate quod patet esse falsum. quia sic tolleretur ordo formarum elementorum ad formas mixtorum. Consequentia tenet. quia sicut patet ex primo de generatione. Forme mixtorum formas elementorum presupponunt cum generentur et etiam alterantur mutua actione eorum ad inuicem. Si ergo forme substantiales elementorum essent corrupte ſm totum et nullo modo esset ibi formaliter tunc forme mixtorum vnirentur immediate materie p̄ime. quia sine formis substantialibus elementorum mediis ideſt mediantibus. Ex quo patet Correlarie Q⁹ elementa sunt in mixto virtualiter quia quecunq̄ manent in aliquo formaliter manent et ibi virtualiter ex quo virtus est sequela forme et inseparabilis ab ipsa.

Secunda conclusio

Que est ſm mentē Alberti et Com. est ista. Elementa nō manent in mixto ſm eorum esse actuale. i. ſm eorū esse intensiuz et excellens sed bene manēt in mixto ſm eē potiale ideſt ſm esse refractū et remissum. Patet conclusio Nā illo modo elemēta sunt in mixto quo mō mixtū pōt constare ꝛ in esse suo durare. Sed hoc est in q̄ntū elementa sunt refracta ergo maior nota Sed minor probatur q̄ q̄n elemēta sunt refracta tūc vnus non corrūpit alterū sibi simpliciter predominādo sed vt sic fit nā cōmunis media vtriq̄ misibilū Etiā probat minor sic q̄ si ignis non esset in mixto sub esse refracto sed sub esse excellenti et intenso facillime corrūperet ipsum mixtū rōne sue actiuitatis. Patet etiam ꝛclusio ex diffinitione mixtionis q̄ dz mixtio est miscibilū alteratorū vnio q̄ si essent ibi sub esse excellēti ꝛ intēso nō essent alterata ꝛ p ꝛsequens neq̄ refracta. Preterea illo mō elemēta sunt in mixto quo mō eorū q̄litates sed q̄litates nō manēt sub esse intēso ꝛ perfecto ergo nec elementa. Maior nota propriū accūs comparatur ibi ad suū propriū subiectum minor p̄z ad ſensum q̄m calor in summo est propria passio ignis Illa aūt in summo non est in mixto sed refracta ergo etiā sic erit ibi forma elemēti quā cōsequit. Preterea elemēta aliter sunt in mixto ꝛ aliter in regionibus propriis Dz in regionib⁹ propriis sūt sub esse excellēti ꝛ pfectissimo quare sequit q̄ sunt in mixto sub esse refracto.

Tertia conclusio

Fōrme ſubales elemētorū ſuscipiūt magis ꝛ min⁹ nō aūt forme ſubales mixtorū p̄z p̄ma p̄ Com. iij. celi dicentē Si dicimus q̄ forme ſubales elemētorū nō ſuscipiat magis ꝛ min⁹ nobis ꝛdicim⁹ q̄ forme elemētorū diminute sūt a formis pfectis mixtorū. Et probat tali rone Cuius essentiale ꝛ ꝛsequēs suscipit magis et minus et ipsum antece

dens. Cum antecedens non potest esse sine consequente. sed essentiales consequens formas elementares suscipit magis ergo. Minor patet. quia qualitates prime essentialiter consequuntur formas substantiales elementorum et huiusmodi intenduntur et remittuntur et suscipiunt magis et minus ex secundo de generatione. Preterea est ratio Commentatoris .iij. celi talis. Proprie qualitates elementorum intenduntur ergo et forma Antecedens patet ex superioribus. Consequentia probatur. quia si remitteretur caliditas non remissa forma ignis sequeretur q tota caliditas separari posset ab igne forma ignis remanente salua quod est impossibile. quia sic subiectum staret sine proprio accidente quod est impossibile. Tenet consequentia quia vna parte caliditatis remissa forma ignis manente alia eadem ratione potest remitti et iterum alia. Et sic consequenter manente forma ignis quod est inconueniens. ¶ Secunda pars conclusionis probatur sic iste forme que generantur instantanee non suscipiunt magis et minus. Sed sic est de formis substantialibus mixtorum ergo. Maior nota. quia generatio instantanea non fit cum quadam successione graduum. Minor patet. viij. metaphisice. Unde dicit Dominus Albertus formas substantiales non intendi et remitti est aliquo modo vt verum et aliquo modo falsum. Forme enim que sunt perfectiones vltime non intenduntur neq; remittuntur. Et ideo etiam non commiscentur. Talem autem formam non habet elementum scom quod est elementum. Cum elementum diffundatur ad commixtionem sicut patet ex predictis et. v. metaph Sed potius nominat formam materialem. q ideo est remiscibilis et commiscibilis forma sua. Et hec etiam est causa quare ea retenta sm aliquem modum susceptiuum est elementu adhuc alterius forme. quia non retinet eam nisi susceptibile prout est scitur habitus consuetus cum alijs formis elementorum et inde quia elementa tales habent formas sequitur q elementa non habent figuras proprias. quia figura concomitatur formam substantialem perfectam. Et ideo nō est vere figura nisi in animatis corporibus In lapidibus autem est sm minus. et ideo saluatur etiam esse lapidis confracta figura generationis eiusdem quod non contingat in animatis. In elementis autem nulla est Quia quodlibet elementum est ordinatum ad susceptionem omnis forme. Et ideo si haberet et retineret figuram haberet elementum formam substantialem manentem et nullo modo commiscibilem et corrupta figura elementi non maneret elementum. Sicut Platonici dixerunt. Sed qualitates et forme illius sunt facultates ad materie determinationem et ad aperiendum suam communitatem in commixto. Patet igitur elementum nullam habere figuram naturalem. Sicut figura est consequens figuram perfectionis vltime. Sed taliter habet figuraz que est naturalis et motu suo et loco. Et hec figura est que non accidit ei inquantum est elementum. sed inquantum est mobile ad locum ex grauitate et leuitate. sicut latius .iij. de celo.

Notandum tertio

Q; quatuor sunt elementa vocata suis primis qualitatibus in esse specifico determinata. Cuius ratio est ista pro prima parte. quia quatuor sunt qualitates simplices localiter motiue et sm speciem distincte. ergo sunt quatuor corpora simplicia illis quatuor qualitatibus determinabilia. Alia patet. quia precise sunt quatuor loca naturalia sm speciem distincta ad que possunt qualitates localiter motiue hec corpora inclinare scilicet sursum simpliciter deorsum simpliciter. sursum in respectu et deorsum in respectu. q dixi elementa vocata propter materiam primam que est verum elementum et simpliciter dictum ad quam fiat resolutio omnium corporum. Et hec ipsa est substantia in qua tota conueniunt elementa. Pro secunda parte dico

elementa dupliciter considerari

Uno modo sm se et absolute inquantum entia sunt Et sic non distinguuntur essentialiter a primis qualitatibus sed per sua essentialia principia scz materiam et formam.

Alio modo prout sunt actiua et passiua. Et quia hoc non e nisi per qualitates primas ideo qualitates vt sic possunt dari de essentia et ratione elementorum quidditiua.

Ergo patet q non est inconueniens aliquid esse extra essentiam alicuius vno modo. quod tamen est de essentia ipsius sm alium modum. Sicut in simili. Cuprum accidit circulo et tamen est de essentia cuprei circuli. vij. metaph. Sic etiam prime qualitates quo ad elementa sm se considerata et in ratione actionis et passionis. Nec obstat illud quod dicitur primo physicorum. scilicet quod vni est substantia nulli erit accidens Sz iste qualitates sunt accidentia mixtorum. ergo non sunt aliquo modo de substantia seu essentia elementorum. Nam id dictum philosophi intelligitur de suba sm re nō sm modū ¶ Et licet ipsa sic communicent in materia differunt tamen sm contrarias suas formas. Et si dicas elementa sunt partes substantiales mixtorum. vij. prime philosophie. Sed substantie nihil est contrarium. Dico hoc verum sm suam naturam cum sit subiectum contrariorum cui nihil est contrarium. j. physicorum. Tamen consideratio ipsam sm formam aliquid est ei contrarium. Vel dicas licet elementa contrariantur sm suas formas non tamen sm essentias proprias Sicut alibi dixi in Parulo.

Liber Tertius

POstquam dictum est de corpore mobili ingenerabili et incorruptibili · nūc dicendū est de mobili generabili et corruptibili

Et primo de simplici. Et postea de composito. ¶ Corpora generabilia et corruptibilia simplicia sunt quatuor scilicet elementa. Unde de elementis est dicendum que distincta sunt sub celo in suis sitibus et locis. Ita q illud quod est subtilius alijs propinquius est celo Et ignis q; aere subtilior est: celo propinquior est q̄ aer et aer q̄ aqua z aqua q̄ terra. ¶ Ideo primo ponemus opiniones antiquorum philosophicū de elementis. Secundo dicamus de primis qualitatibus elementorum. Tertio de generatione et corruptione elementorum adinuicē Quarto dicamus de alteratione z aliis speciebus motus. ¶ Et antecq̄ ponam? opiniones de elemētis nota q Elemētū capitur multis modis dicitur enī Prio quod ē principiū artis coplexū Et illud Omne tōtū ē magnus

sua parte. Unde dicit Aristo. in libro phisicorum. Dispositio scientie ꝛ
Veritatis est in omnibus rebꝰ que sunt principia aut elementa ibi Arist
ote: elementa appellat principia. Secundo dicitur elementum secun-
dum Philosophum V methaphisice quod est commune omnibus rebus
et quod est principium cuiuslibet rei naturalis sicut lapides ꝛ ligna eti
am dicuntur elementa domus. Et quod in quolibet genere primum est
principium. sicut littere dicuntur elementa Socis significatiue ad placi
tum et sic de alqs. Dicitur etiam elementum secundum spetialiorem in
tellectum principium cuiuslibet corporis sensibilis et mixti. ꝛ secundꝫ
hoc diffinitur V methaphi. elementum sic. Elementum est ex quo res
componitur primo et est ineadem et non diuiditur secundum formaꝫ id
est spetiem in aliã formã Verbi gratia gt in mixto est aqua cuius queli
bet pars aque est aqua et similiter de alijs elementis. ¶ Et secundũ
hoc quatuor distinguuntur elementa scilicet: ignis: aer: aqua: terra: que
omnia in materia conueniunt sed non secundum formas scilicet frigi
dum calidum humidum siccum ideo dicuntur contraria ratione suarũ
formarum. Unde substantie nihil est contrarium secundum naturam
sed secundum formam est aliquod substantie contrarium

De elementis Vero

Unde in positione principiorum seu elementorum diuerse sunt philozophorum senten
tie. Quidam enim posuerunt plura elementa. Quidam vero solũ vnum. De illis eis
qui plm ponebant elementa primo fuerunt

Aristoteles Empedocles

Qui posuerunt ea quatuor predicta que dicerunt esse materialia principia. Attamen
Empedocles illis quatuor addidit duo formalia et mouentia scilicet litem et amicitiaꝫ
Ana xagoras enim et Empedocles posuerunt causas efficientes Ana xagoras intellectꝫ
separantem res Sed Empedocles litem et amicitiam. Ipse enim Empedocles pre alijs
philosophis duo posuit propria. Unum est quod causã unde motus diuisit in duas contrarias
partes motꝰ ex illo fundamẽto qꝛ res bone et male sunt Ideo illarũ contrarias causas
posuit. sed tamen defecit in duobus quia amor non est causa boni vniuersaliter. nã quã
doqꝫ est causa mali. Ista enim quatuor elementa que taꝫ sunt distincta in suas quatuor

qualitates et speras per amorem intrauit caos confusum. et sic relinquunt loca pro-
pria et fit corruptio. Sed corruptio est quoddam malum ergo amor est causa mali Se
cundo lis non est causa disgregationis semper. Nam quandoqꝫ est causa congregatio-
nis quia res seu elementa sunt commixta in hoc quod habet litem. Ignis separatur a qua
libet parte aeris et coadunatur in partibus suis. Et sic venit ad suum locum et ita lis
est causa congregationis et non disgregationis ergo male sentit de illis effectibus Em
pedocles. Aliud quod est sibi proprium est quod causam materialem dixit esse quatuor ele
menta. Peccat tamen illis quatuor elementis vt duobus. Nam ignem comparat alijs
tribus dicens. Ignis naturam habet actiuam. Alia vero passiuam Et scripsit suã phi
losophiam metrice. Dixit etiam ista quatuor elementa que sunt principia materialia nec
generari nec corrumpi. Sicut illi qui vnam posuerunt causam materialem sed per con
gregationem horum et diuisionem sm multitudinem et paucitatem dixit ex eis alia ge
nerari et corrumpi Sicut latius deducitur in textu.

Democritus Leucippus

Isti duo philosophi in omnibus sese sequebantur. Et conueniunt cum Ana xagora in
hoc quod materialia dicunt esse infinita principia. Sed democritus et Leucippus dixerũt
quod hec Omihomera et alia componuntur ex athomis siue corporibus indiuisibilibus.
que infinita sunt multitudine ꝛ figuratione quia trigona sunt rotunda penthagona ꝛ sic
in infinitum. Sicut in primo superius est determinatum.

Anaxagoras

Omnia Omihomera idest similia generis posuit esse materialia Quorum pars simoni
ma est toti idest eiusdem rationis et nominis cum toto. Sicut caro sanguis et sic de alijs. Et ex hoc posuit contrarium Aristoteli et Empedocli. Volens quod ista quatuor scili
cet ignis aer aqua terra sint elementata sed alia que sunt eiusdem rationis sunt elemen
ta. sicut deducitur in textu. ¶ Differt tamen in hoc positio Ana xagore ab Empe
docle. Nã Empedocles idest que sunt de secta Empedoclis dicunt principia materia
lia et simplicissima esse quatuor scilicet ignem aerem aquam et terram et ex his fieri po
steriora et minus simplicia ea scilicet que dicuntur partes omihomere scilicet carnes os
et alia de numero partium que inueniuntur in compositis. Ana xagorici autem econuer
so dicunt quod partes omihomere sunt priores et simpliciores eis quatuor elementa que di
cit Ana xagoras constitui ex illis partibus similibus. Sunt enim Omihomere partes
Panspermia idest vniuersalia semina materialia horum quatuor corporum. Licet eã
sunt quatuor corpora omihomera. Tamen non sunt partes omihomere. Quia per se
sunt constituta sm partes omihomeras. Unde pars materiale principium est totius et
omihomerum est principium erogenij. i. dissimilis in partibus. Unde dicit Dominus
Albertus quod Ana xagoras ignorauit veritatem sui sermonis. Cum enim posuit prin
cipia materialia esse multa que congregatione et segregatione generationem et corruptio
nem fatiunt sequebatur generationem et corruptionem esse alterationem. Et ipse tamẽ
dixit quod generatio et alteratio sunt idem Forte ideo quia nullus eorum vere cognouit
formale principium. Et quia latet primo res de nde congregatione et segregatione omo
geniorum incipit apparere. Et hec est rei generatio et latentia corruptio. Latentia au
tem et apparentia non dicunt mutationem nisi in accidente. Et ideo dixit generationes
esse alterationem Et contrariatur dicto suo. quia sm eum generatio fit congregatione
homogeniorum que latebant et alteratio variatione passionum circa idem in quo appa
rentia homogenia iam dudum constituerant hec ipse.

Dixit etiam

Ana xagoras quilibet esse in quolibet quod potest intelligi vno mo absolute incptũ quilibꝫ
distribuit pro quolibet ente et sic e simpr falsũ qꝛ nõ sunt mala in substantijs separatis nec
eꝫ Alio incptũ distribuit pro reb nalib sm subꝫ trãsmutabilib quod addit nonater

ppōpter celum quod non est transmutabile ſzm substantiam sed solum ſzm locum et sic quodlibet esse in quolibet potest intelligi vno modo ſzm actum . Et sic propositio ista iterum est falsa . Alio modo ſzm potentiam. Et sic est vera . qz vnaqueqz res transmutabilis ſzm substantiam habet materiam que est in potentia ad recipiendum quamlibet formam rei transmutabilis. Et hec est diuersitas phozū circa pluralitatem elementozū

¶ Sunt alij philozophi qui dicebant vnum esse elementum . Vt sunt

Melissus · Permenides · Eraclitus

Ratio Melissi ponentis vnum esse principiū ⁊ immobile est ista. Si aliquid est factum ipsum habet principium ergo si non est factum non habet principium Sed ens est nō factum ergo non habet principium. Sed quicquid non habet principium est infinitū. nā ex ea parte qua caret principio non habet finem neqz terminum. Sed quicquid est infinitum est immobile. Nam non habet aliquid extra se a quo moueatur . cū nihil habeat extra se. Sed quicquid est infinitum ⁊ immobile est tantum vnū ergo tm vnū est. Quā opinionem reprobat phus . j . phi . volens qꝫ in primo discursu committitur fallatia consequentis . Quia arguitur a tota conditionali cum destructione antecedentis ad destructionem consequentis . Que consequentia nō valet Sicut in simili. si homo est animal est . ergo si homo non est animal non est. Similiter in secunda illatione que fuit ens non habet principium ergo est infinitum . committitur fallatia equiuocationis principij que impedit discursum sillogisticum . Similiter in tertia illatione que fuit si ens est infinitū est immobile . Est error quia si aliquid est infinitum non sequitur qꝫ totaliter sit immobile Quānis em infinitum non possit moueri extra locum ſzm totū . qz non est assignābus locus aliquis in quem moueatur . Potest tamen intra se localiter moueri sicut pz si aqua vna esset infinita illa posset ad huc moueri per partes suas. Quarta autem illatio etiam non stabit que fuit . Si ens est infinitum et immobile est tantū vnum . qz non sequitur qꝫ esset vnum qualitercunqz sicut ipse ponebat absqz distinctione . Si enim ens est infinitum non est necesse esse vnū ſzm speciem sed si ens est infinitum potest esse vnuz ſzm materiam . Et hoc fuit de mente philozophorum qui ponebant vnam materiaz rerum infinitam scilicet aerem vel aquam . Ratio vero

Permenidis

Est ista . Quicquid est preter ens est non ens Sed quod est non ens est nihil ergo quicquid est preter ens est nihil . Sed ens et vnum conuertuntur , ergo quicquid est preter vnum est nihil Et sic tm vnum est. Et vlterius tale vnum esset immobile . qz non haberet a quo moueretur . Nā idē non mouet seipsum . Et soluit phs eadē rōne sicut rationem Melissi.

Eraclitus

Posuit vnum elementū materiale et mobile sicut est ignis . Et posuit duo formalia principia sicut rarum et densum . Nam per rarum et densum generabat omnia alia elementa et principia . Imo per ea duo tota multitudo rerū construebatur ſzm eū neqz erat diuersitas altertus in rebus nisi per rarum et densum Ideo hec dicebat esse contraria que principiū materiale permutant . Et probabat in hunc modū . Omne corpus est mobile et omnis motus est ab igne . Nam nullum corpus est adeo mobile sicut ignis Ideo igni antiqui philozophi attribuebant sphericam et pyramidalem figuras . Nam tales figure sunt velotiozis motus et maioris mobilitatis qꝫ alique alie figure anguloſe . Vnde cum spera tacet in aliquo loco tunc non tangit de superficie nisi in puncto vno propter quod voluitur facilius et mouetur . Vt latius in textu .

Improbatio generalis

Unde vniuersaliter loquendo omnes illi erraverunt qui dixerunt elementum esse corpus vnumquodqz siue sit medium siue extremum . Unius enim corporis est vnus motus naturalis Et composita non habent motum aliquem nisi simplicium corpozū que sunt in ipsis . Et quia vnum est elementum sequitur tunc vnum solum esse omnium elemen-

tozum motū . Visus autem testificatur contrariū illius quoniā in his que videmus nos quatuoz elementa videmus qꝫ quodlibet corpozū hz motū vnū naturalez diuersum ab alterius motu . Et quedam mouentur sursum et quedam deorsum . Si autem omnia essent vnum vel ex vno corpore omniū esset motus vnus et iste motus esset in omni corpore tanto velotioz quanto haberet plures partes primi corporis simplicis cuius iste e primum motus Et sic deberent corpora ipsilla sicut terra et aqua que plurimas habent partes vt ipsi dicunt facilius et velotius ascendere qꝫ ignis ipse cuius contrarium videmus ergo non est vnum omnium corpozum elementum .

¶ De elementis Vero diuerse sunt philozophorum opiniones

Qz augmentatio duplex ponit. Quedã propria que fit p ingressuꝫ et aduentum alicu ius extrinseci p poros i spõgiositates ita qꝫ in poris sunt spiritus vitales qui aduenẽte corpe augmentante expellunt et condensant et tũc caro genita ex mã nutribili aduenẽ ens materia preexistentẽ extendit. Qz aũt pori sint necessarij in animalib⁹ patet qz vide mus qꝫ sudor in balneo exit a corpe et nõ nisi per poros. Alias em fieret diuisio prium corpis. Alia est impropria i est duplex. Quedã p alterationẽ i illa ducit alimentis. Mã aqua crescit in dimensionib⁹ p calefactionẽ, et ista augmentatio proprio nomine dz rarefactio. Alia est quedã accumulatio sicut est cõgregatio lapidũ i de illis nichil est ad propositũ sed tm de prima ad quã requirunt multe cõditiones qs ponit phs. j. de cen. Quarũ prima est ista qꝫ illud qõ augeri maneat idem nũo sub vtraqꝫ q̃titate Et rõ istius habet ex j. de gene i j. phi. qz oportꝫ subiectũ cuiuscũqꝫ transmutationis accidentalis esse ens in actu i manere idem snb vtroqꝫ termino eius. Augmentatio aũt est quedã transmu tatio accidentalis g⁹. Scõa cõditio est qꝫ augeat sm q̃libet prez sui. Que cõditio specia liter apparet inspiciendo pres etrogenitas animalis sicut manus pedes i h̃moi que posteꝫ aucte sunt hñr se in eadez proportione in qua habuerũt se ante augmentationez. alias em fieret deformitas quedaꝫ subiecti. Tertia qꝫ augeat aliquo corporeo aduenente scz

nutrimẽto qõ pz de se qz animal carens nutrimento nõ augeꝫ. Quarta qꝫ nõ sit vacuũ in corpe augmentado sic pz. iij. phi. Quinta qꝫ duo corpa nõ sunt in eodẽ loco idem qꝫ alle due dimensiones preexistens scilicet et aduenies non penetrent se que similiter su mitur ex. iij. phisicorum. Sexta qꝫ aduenies non sit incorporeum. Quod probat Aristo. j. de generatio. sic. Eadez est mã gnationis nalis i ipsius augmentationis qz in omni augmẽtatione oportet esse gnationez et ipsam precedere ita qꝫ forma aucti fiat et generetur in materia aduenẽte priusq̃ fiat augmentatio. Sed materia gnationis na turalis non est sine corporeitate quare etiã erit sic de materia augmentationis et per cõ sequens ipsum aduenies impossibile est esse incorporeum.

Notandum secundo

Ex textu qꝫ augmentãs et augmentabile debent esse similia i dissimilia. Similia in mã i. ambo debent esse malia qz agens i patiens debent cõmunicare in mã. ij. de ge. Plan corpale ab aliquo spũali nõ augeꝫ Nemini em intumescit venter nisi corpali esculento ac poculento. nihil em verbis pignescit Sz dissimilia in forma. i. debent esse diuersarũ spẽrum qz ideꝫ nõ agit in simile sed in dissimile vt ipsũ in suã naturã conuertat ideo ho mo nõ hominez cõmedit neqꝫ bouũ cõmedit bouũ ẽiis. Et licet quidã pisces comme dat aliũ piscez vt pz de luceo. Etiã lup⁹ maxima fame prestius lupũ cõmedit. Dico ad hoc qꝫ hoc notabile nõ est vniuersaliter vm sed tenet vt in plurib⁹ ꝛre ipsũ sm alios sic exponit qꝫ nutrimentũ seu augmentãs in principio qñ recipitur debet esse dissimile nu triendo seu augmentãdo Sz in fine debet esse simile qñ scz cõuertitur in subaz rei alite sine aucte sicut pz de pomo qõ in principio est dissimile cõmedenti sed in fine fit sibi si mile quando vinificatur per conuersionem in substantiam rei alite.

Notandum tertio

Qz ad augmentationem proprie dictam requirũtur quatuor motus. Primo mot⁹ lo calis inqntum est in augmentatione i est attractio nutrimenti a locis digestionis p corp⁹ animalis Scõo concurrit alteratio inqntũ nutrimentũ coquitur digeritur et conuertit in subam aliti. Et hec conditio tãgitur in textu. Mã oportet qꝫ alimentũ seu cibus trãs mutet i subintret in formã carnis scz carneitatẽ. vel in formã ossis. i. osseitatez. Alimẽ ta em carnis corrupta. i. formã suã amittentia in mẽbrorũ fabricã migrant sm Augustin Tertio cõcurrit corruptio qz anteq̃ nutrimentuꝫ conuertitur in subam aliti oportet qꝫ ipsũ expolietur propria forma et per ꝓns erit ibi corruptio. Quarto concurrit ibi ge neratio qz in ipso alito generatur maior quantitas q̃s prefuit vt patet ex notificatione. De causis autem augmentationis videas in quinto huius. ca. de pona augmentatiua. vbi latius. Et differt augmentatio ab alteratione per naturam propriam. Sunt em na ture diuersorũ predicamentorũ impermixte sm Thcomix. Modo augmentatio est de genere quantitatis. Alteratio vero in sola qualitate. v. phi. ergo

¶ Equitur de augmẽtatione i diminutiõe. Augmẽtũ sic diffinitur Augmentatio est motus de minori quantitate in maiorẽ ¶ Diminutio est motus de maiori quantitate in minorem. ¶ Et nota qꝫ augmentum et augmentans necesse est esse similia et dissimilia. Similia quidem in materia. Diuersa autem in formis. Cuius ratio ẽ quoniã agentia et patientia necesse est esse similia adinuicem et diuersa. Augmẽtans autẽ et augmentũ ad inuicẽ agũt i patiũtur. ¶ Ex qz

tē augmentaū sit motus localis manifestū est Oportet enī ꝙ alimētū seu eiꝰ trāsmutetur et subintrat in formaꝫ carnis sꝫ carneitatē Vel os sis.i. osseitatē ⁊ propter illā subintrationē dilatatur os Vel caro Vel elō gatur siue inspissātur ⁊ talis actꝰ siue dilatatio etiā est motus.quare pꝫ ꝙ augmētū sit motꝰ et ecōuerso ꝙ diminutio sit motꝰ. Differūt autem augmētatio ⁊ diminutio ab alteratiōe quoniā alteratio attēditur in qua litate Augmētatio Vero ⁊ diminutio in ꝙtitate. ¶ Sequitur de lo. Vide loci mutatio non est aliud q̄ motus de vno loco in alium. Et talis motus vel ē naturalis animalis vel violentus vtrū. dictum est in primo et in secundo quare breuitatis gratia descendit ad aliā passionē que est vltima vt est cōpositorū mixtio Et qz talis presupponit contactū ideo prius de contactu est agendū Vbi est

Notandum primo

Qz aliqua dicunt se tāgere multipliciter. Primo in cōtiguis sicut est contactus duarum corpm hūtiuꝫ diuersas ptes magnitudinis quarū vltima sunt simul actiua ⁊ passiua qō ideo est qz illa proprie se tangunt que hūt diuersas magnitudines et p ꝓnīs loca diuersa. sed in diuersis locis diuerse sunt virtutes ideo oportet illa que nata sunt se tangere pro prie esse cōtraria et p ꝓnīs esse actiua et passiua inter se. Et ad hunc cōtactū requiritur primo ꝙ tāgens et tactū habeant positionē in partibus ergo anima celi nō mouet celū p cōtactū. Secō ꝙ vltima sint simul ⁊ sic indiuisit ilia non dicunt se tangere. Tertio ꝙ dicunt actiua ⁊ passiua vtrū. Et ideo celū tali cōtactu nō tangit hec inferioza cū nō communicant in materia. Secundo illa dicūtur se tāgere quorū vnū recipit virtutē alterius vel aliquā dispositionē seu influentiā ab alio ⁊ sic celū tāgit hec inferioza quādo agit in ea nā ista inferioza recipiūt virtutē ⁊ influentiā a celo. Tertio dicuntur aliqua se tāgere in cōtinuis quorū ptes copulātur ad eūdem punctū Et sic ptes linee tāgunt se in pūcto cōtinuante qz tales ptes sunt immediate. Modo illa que debēt se tāgere debēt habere immediatā cōpositionē adinuicē et talis punctus est indiuisibilis. Ratio quia si esset diuisibilis tūc etiaꝫ haberet ptes medū et extrēa ꝙ ꝓnīs ea que cōtinuarent p talē pūctū nō eēnt imediata nec tāgerēt se ex quo mediaret ēxtras que hꝫ medū et extrēa.

Notandum secundo

Qz contactus sꝫm primū modū inēxtū est applicatio duarū superficierū sine medio necessarius est ad actionē et passionē vt supponit in textu Et hoc mō omne agēs physicuꝫ in tāgendo retāgit. Cuius rō est qz tangens proprie aliud agit in ipsuꝫ actione proprie dicta. Et qz omne agēs physicū in agendo repatit vt pꝫ.j. de gene. Nā omne ageus naturale est in potentia ⁊ in actu respectu diuersorū ita ꝙ omne agēs physicū p formā quā actu hꝫ pōt agere cū forma sit operationis principiū sed prō ēcto est in potētia ad aliam formā oppositā repatit ergo etiā omne tāgens physicū retāgit Nō tū retangit inēxtū est tangens qz vnūquodqꝫ tangit vt est in actu ⁊ retangit vt est in poña. Ideoꝫ si tangens inēxtū tangēs tāgeret sequeret ꝙ idē respectu eiusdē esset in poña et actu. Tangere enī ⁊ tangi conueniūt ei sꝫm diuersa cū alterū insit et sꝫm formaꝫ. reliqū vero sꝫm materie poñam. Et est agens physicū omne illud qō cōmunicat cū suo patiēte in mā. Et qz mā celi nō est eiusdem rationis cum materia inferiorum ideo agendo in hec inferiora ab eis non repatitur.

Notandum tertio

Qz tale agens de quo in presenti accipitur prō agente proprie dicto non metaphorico cuiusmodi est finis. Accipitur etiam prō agente particulari naturali quod communicat in materia cum patiente etiam accipitur agens non prō primo et principali sed prō immediato et proximo ipsō patienti. Et etiam est hic termo de actione ⁊ passione proprie dictis que habent fieri inter qualitates primas que sic ordinate sunt a natura vt illa que sunt maioris actiuitatis sunt maioris resistentie et econtra vt latius in de generatione.

Equitur de loci mutatione. Mutatio loci est mutatio motus de Vno loco in alium. Et talis motus est tripleꝫ sꝫ naturalis animalilis et violētus de quibus dictū est. Transeundū et dicendū est de mixtione. Et quia mixtionem precedit contactus ideo primo dicēdum est de contactu. Tangere enī siue contactus Vt dicit Aristo. in li. de gener. et corrup: dicitur multipharie. Vno modo dicitur contactꝰ in contiguis quorum Vltima sunt simul Vt quando aliquid tangit aliud sine medio sicut superficies tangit superficiem et ſm hoc quicquid tangit tangitur. Secundo modo dicitur contactus per similitudinem ſm quod dicimus res tristis tangit nos sed nos non tangimus eam. et ſm hoc nō quicquid tangit tangitur. Tertio mō dicitur contactus in continuis quorum partes copulantur seu continuantur ad Vnum terminum communē sicut partes linee tangunt se in puncto continuate ſm quod dicit Aristo. Si. phi. Inest autem puncto Vt tangat. ¶ Contactꝰ primo modo qui est applicatio duarum superficierum sine medio. necessarius est ad actionem et passionem. Vnde oportet ꝙ quecunqꝫ agunt et patiuntur tangant se sicut ignis agit in aerem et calefacit ipsum et aere calefacto calefacie digitum et agit in ipsum et hoc est propter contactū

¶ Vnde dicitur ꝙ contactus sit causa materialis adaptans adinuicem actiones et passiones in mutatione caloris.

¶ Sequitur de mixtione

Vnde mixtio est duplex (vt premittitur in textu). Vna quedam est ad sensum vt e

est vnio aliquarum rerum non curando an tales res sic vnite sint alterate vel non. vt est vnio frumenti cum siligine. Et dicitur talis mixtio ad sensum . Quia tali mixtione communiter vtuntur vulgares qui sensum sequuntur et parum curant intellectum Alia est mixtio sm rei veritatem et phisica seu naturalis . et illa hic diffinitur et .j. de generatione. a philozopho hoc modo. Mixtio est miscibilium alteratorum vnio Que diffinitio neqz est essentialis neqz accidentalis sed causalis aliquo modo. Ratio primi. quia datur per miscibilia et per alterationem que sunt extra essentiam mixtionis. Ratio secundi quia diffinitio accidentalis datur per posteriora diffinito. Sed miscibilia z alteratio non sunt posteriora mixtione sed priora. Ratio tertij. quia exprimit quedam causarum genera. Nam cum dicitur vnio tangitur genus et causa formalis mixtionis. Superius enim est formale principium suorum inferiorum. Cum vero subiungitur miscibilium tangitur causa materialis. Sed cum dicitur alteratorum tangitur causa efficiens extrinseca. Posset etiam addi causa finalis que tangitur ibi cum dicitur miscibilium Nam subiectum est causa finalis suorum accidentium. De quibus tamen causis patebit in notabilibus. Ex quibus tamen considera sicut colligitur ex particulis diffinitionis. Q̄ ad mixtionem naturalem et phisicam tria requiruntur . Primum q̄ miscibilia sint vnita. Nam oportet miscibilia converti in aliam speciē quod non potest fieri absqz miscibilium alteratione et eorundem vnione . Secundum est q̄ agat vnum elementum in aliud et vt alterentur adinuicem. Cuius ratio est. quia mixtio non potest fieri nisi per quandam diuisionem miscibilium inter se ita q̄ vnum miscibile habet alterum diuidere sic q̄ ipsum posset subintrare. Sed diuidens et diuisum habent se sicut agens et patiens ergo Ex hoc sequitur Tertiū q̄ ad miscibilia etiam requiratur tactus qz si vnū debet agere in alterum oportet q̄ vnum tangat alterum exquo omne agens agit per cōtactum siue proprie dictum siue metaphoricum .

Notandum primo

De causis mixtionis. Et primo de causa effitiente Est enim duplex effitiens mixtionis quoddam remotū et est corpus celeste quod sua virtute alterat ista inferiora et transfert simplicia scilicet elementa ad compositionem mixtorum vt partim supra tactum est Aliud est effitiens propinquum vt sunt virtutes actiue ipsorum elementorū sm quas transmutantur adinuicem. Vel sm alios effitiens propinquum est radius solaris qui sm eos est tanqz instrumentum agentis sensibilis scilicet celi. Vnde licet sm dominum Albertum elementa non moueantur ad mixtum sm naturas proprias ipsorum. Mouentur tamen ad mixtum sm naturam communem et hoc sic non violentat naturam propriaz sed innuit eam patientiam ipsorum ad inuicem sm obedientiam regulatiuam ipsius primi. Vnde hoc modo oportet dicere ignem et aerem alteratos ex spera propria descendere aliqualiter ad mixtionem inferiorum siue compositionem. Sed quia hoc aliis non placet ideo aliter dicunt q̄ ignis vel aer constituens mixtum apud nos non descendit a superioribus sed generatur hic per radios solares et aliorum astrorum . Nihilominus tamen concedunt ea alterari et corrumpi in propria spera . Vnde volūt q̄ licet in frumentis scilicet in frumentia et aliis mixtis sit natura ignis vel aeris hec tamen a superioribus non est depulsa sed hic per radios et aliorum astrorum generata. Et talis modus contradicit Aristo. in .j. de generatione. Et domino Alberto. Dicit enim philosophus Videntur autem que miscentur ex separatis euenentia idest de regionibus suis venīt iterum in separatione redeunt ad proprias eorum regiones. Causa vero finalis est perfectio vniuersi quia oportet vniuersum semper esse perfectum ergo et species mixti Vnde oportet celum moueri propter mixta licet nō primaria intentione sed secundaria quare dicit Com. ij. celi. Quod mouet propter se intentione prima mouet propter alterū intentione secunda. Inferiora enim sunt propter superiora ergo superiora mouent primo propter sui conseruationem Et secundo propter inferiorum productionem. De causa autem materiali dictum est supra. Formalem autem causam proprie non habet cum sit forma nisi in ratione generis et superioris vrī.

Nota secundo

Ex textu q̄ omnia miscibilia oportet esse agentia et patientia. Cuius ratio est quia quecunqz communicant in materia et differunt in suis formis sunt actiua et passiua adinuicem. Sed miscibilia sunt huiusmodi Ergo sunt agentia et patientia . Agentia in eo q̄ diuidunt. Patientia vero in eo q̄ diuiduntur. Diuidere enim agere est sicut diuidi est pati . Imo ex diuisione sequitur rei a propria sua forma corruptio que est maxima passio. ¶ Ex quo sequitur Corrolarie q̄ miscibilia debent esse contraria. Contrarietas enim est causa mixtionis cū contraria sint inter se actiua et passiua. Vnde inter agēs et patiens sm Egidium in quotlibeto triplex est conditio . Prima q̄ vnum sit actuale et aliud potentiale. Vnumquodqz enim agit vt est in actu. et patitur vt est in potentia. Secunda q̄ agens contingat patiens. Nam .j. de gene. ad actionem et passionem requiritur contactus. Tertia q̄ agens inquantum huiusmodi prestantius et nobilius est patiēte iij. de anima . Insuper additur quarta q̄ inter se sint actiua et passiua Quia sunt similia z dissimilia. Similia quidem in materia. Contraria vero in formis.

Notandum tertio

Q̄ est proprietas mixti q̄ quelibet pars mixti debet esse homogenia idest eiusdem nature cū suo toto Sunt em proprie solum elementa miscibilia Et omnia hec sunt entia homogenia. Et nisi quelibet pars mixti esset homogenia cuz suo toto non esset mixtio saltem sm veritatem sed magis compositio. Vnde est differentia inter compositionem mixtionem et confusionem. Que tria licet conueniant in hoc q̄ quodlibet illorum est vnio plurium inter se. Differunt tamen in modo vnindi quia in compositione est sola iuxta positio corporum . sed in confusione est iuxta positio et cum hoc partium continuatio. Sed in mixtione est iuxta positio partium continuatio et miscibiliuz corruptio cū generatione noue speciei sicut latius in textu et in principio quarti huius.

Equitur de mixtione. De qua primo notandum q̄ duplex est mixtio. Quedam ad sensum sicut quando compouitur ordeū cum frumento Et illa videtur esse quedam mixtio sed non est. Alia est mixtio sm veritatem Et illa sic diffinitur ab Aristo. primo de generatione et corrup: Mixtio est miscibilium alteratorum vnio. ¶ Et nota q̄ omnia que sunt miscibilia oportet q̄ sint agentia et patientia. Agētia in eo q̄ diuidūt. Patientia in eo q̄ diuiduntur. Vnde patet q̄ illa que non habent contrarietatē non sunt miscibilia Etiam patet q̄ elementa possunt misceri et facere ex se vnū aliud quoniam quodlibet elementuz est cōtrariū alteri. Diuidūtur enī elemēta in mixto nō vsqz ad indiuisibilia omne enī corpus ē diuisibile sed vsqz ad quasdā particulas minimas a natura determinatas scilicet vsqz ad minimas sm speciē. ¶ Item nota q̄ proprietas mixti est q̄ quelibet pars mixti debet cē homogenia. i.

eiusdem speciei cum suo toto et si aliter esset tunc non esset mixtio saltē sm̄ veritatem sed magis compositio. ¶ Et notanda est differentia inter compositionem mixtionem et confusionem. Compositio est quando utrumq; compositorū manet in sua essentia virtute ac entitate vt cum ponitur pars mixta partem sicut quando frumentum ponitur cum ordeo. Confusio vero est quando partes proportionantur secundum virtutes sed tamen non trahuntur ad certam spetiem vt eiusdem quantitatis vinum cum aqua. Mixtio vero est quando proportionantur virtutes partium et trahuntur ad speciem vnam vt in viri z mulieris seminibus est mixtio et generatur homo Et hec de elementis dicta sufficiant.

Liber Quartus

IN scientia naturali Corpus mobile est subiectum vt dictum est multotiens Sed quia in natura duplex est mobile corpus scz simplex z mixtum ideo scientia naturalis tres habet partes in genere. Quedam enim eius pars est de corpore mobili simplici. Quedam autem de simplici quod est acceptum sm̄ viā z motū ad cōmixtionem. Quedam autē de mobili commixto sicut immozali vel vegetabili. Vel sic distingue. Illa pars que est de mobili simplici est duplex sm̄ duplicem modum simplicis corporis mobilis. Simplex em̄ vt dicit Aristo. j. de generatione et Albertus ibidem dicitur dupliciter. Est enim idem q̄ vniuersale z etiam idem q̄ substantia simpliciter. Unde vna pars scientie naturalis est de corpore mobili simplici. hoc est vniuersali prout abstrahit ab omni corpore signato in natura vt est scientia libri phisicorū et primi huius. Alia pars eius est de mobili quod est corpus simplex siue moueatur sm̄ situm tantum siue moueatur ad formam. Unde illa que est de mobili simplici corpore est duplex quia est motus sm̄ situm nihil varians in eo quod mouet Et est motus ad formam qui variat aliud in mobili. Mobile ergo simplex quo ad potentiam ad situm et locū qui nihil variat in eo quod mouetur. Determinatur in libro de celo. z. ij. huius. Mobile autem simplex quo ad potentiam et formam que variat essentiam in substantia vel esse in accidentibus determinatum est in libro de gene. z corruptione et. iij. huius. Et hec omnia sunt prima pars philozophie naturalis. Sed mobile simplex prout est in via ad mixtionem Determinatur in isto libro. Vbi

Notandum primo

Q̄ tale corpus mobile simplex prout est mobile ad formam mixti imperfecti inq̄tū est in via ad talem mixtionem dicitur subiectum adequatum huius scientie. Et tale corp⁹ dupliciter consideratur scilicet ex parte vie commixtionis que est sm̄ q̄ vnum elementum mouetur in regione alterius per hoc q̄ alteratur ad ipsum per vaporē vel inspissationem. Vel consideratur ex parte ipsius commixtionis que fit per actiuam qualitatem vnam vel plures vel per passiuas. Primo quidem modo determinatur in tribus primis libris metheororū. Vel in omnibus quatuor diuersimode. Secundo autem modo in libris mineralium et vegetabilium. Sunt igitur

Triplices qualitates corporum mobilium

Propie et connaturales elementorum vt sunt calidum frigidū humidū siccū graue leue z̄cīja. Unde de corpore siue de ente mobili ad formas substantiales consideratas sm̄ communē rationē forme substantialis. et de hmōi qualitatibus elementorū scz calido frigido sufficienter in libro de generatione. et tertio precedenti determinatum est.

Consequentes primo corpus alteratum ad huiusmodi qualitates elementorū naturales vt sunt inflammatio. coagulatio. congelatio. digestio. et indigestio. ingrossatio. subtiliatio z̄cīja. Et de corpore simplici siue de ente mobili ad tales qualitates siue proprietates agitur in isto libro.

Insequentes corpus alteratū ad qualitates priorū corporum non tamen primo sed ex consequenti. Et tales supponunt qualitates z proprietates de quibus agitur in hoc libro et de corpore mobili ad tales qualitates et proprietates agitur in libris sequentibus istum librū vt in libris de mineralibus vegetabilibus plantis et de animalibus. Ex quibus patet q̄ per corpus mobile ad formā mixti imperfecti prout est in via ad talem mixtionē potest intelligi corpus mobile ad ea que sequuntur ad ipsum p̄ hoc q̄ est alteratum per qualitates priorū corporum sicut inflammatio et coloratio que sunt in comera. sideribus volantibus z̄cīja impressionibus ignitis sunt qualitates et passiones corporis alterati ad qualitates ignis. Et coagulatio que est in pluuia niue z̄cīja est corporis alterati ad qualitates aque.

Notandum secundo

Q̄ impressio metheorologica nihil aliud est nisi effectus derelictus in elementis ex alteratione primarum qualitatum. Nā tales impressiones dicuntur naturales seu fieri a natura minus ordinata effectiue et constitutiue a deo autem permissiue. Ratio primi. q̄ cuius generatio potest faciliter impediri hoc fit a natura minus ordinata. Sed tales effectus possunt impediri ergo. Maior nota q̄ natura ordinata impediri nō potest. Minor patet quia fiunt ex subiectis non constantibus. Et fiunt in locis continue transmutationi et alterationi subiectis. siue generantur in alto siue in imo. Q̄ autem effectiue patet q̄ illa fiunt a natura effectiue quorum cause efficientes sunt entia naturalia. Sed effectuū metheorologicorū cause efficientes sunt huiusmodi. Maior nota. Patet minor primo de causis efficientibus remotis cuiusmodi sunt celū et alia superiora que verisimiliter nālia et omniū inferiorū cā effectiua remota Prz secundo de causis effectiuis proximis cuiusmodi sm̄ aliquos sunt qualitates prime scz calidū frigidū z̄c. que etiā entia nālia sunt ex quo sunt passiones entiū nāliū tales ar̄ sūt passiones a nā. Q̄ autē cōstitutiue tales effectus suut nāles patet Nā cōposita ex materia et forma naturali fiunt a natura constitutiue. Sed impressiones metheorologice sunt huiusmodi. Maior nota ex. ij. phi. qua materia et forma sunt natura. Minor quia materia impressionū est vapor z exalatio. Materia autem non stabit nuda sed semper in forma aliqua respectu cuius ipsa dicitur materia et sic impressiones sunt composite ex materia et forma et per consequens fiunt a natura constitutiue. Patet etiam q̄ per impressionem metheorologicam debet solum intelligi effectus quidaz naturalis in superioribus generatus z scientia de talibus impressionibus dicitur metheorologica vt habet Aristo. in primo suo libro cuius inquit Hanc quidem metheorologicam vocam scientiam. Et dicitur a metros quod est excelsum vel elenatum et logos quod est sermo quasi scientia vel sermo de effectib⁹ in excelsum prodgctis vel eleuatis. Unde licet aliqui tales infra terram sunt generati vt

Liber quartus

vt terremotus metalla ⁊ alia huiusmodi. Et de talibus etiã ſit ſcientia methodologica tamen per excellentiam dicitur de illis qui fiunt in ſuperioribus ex aere et igne generatis. Vel dicitur a metha quod eſt trans et theoria contemplatio. Nam theoro. i. contẽplor quaſi de transcontemplatis et tunc debet ſcribi metheororum.

Notanduin tertio

Q⁹ talia entia metheorologica duplex habent eſſe. Vnũ eſt eſſe vniuerſale. ⁊ aliud particulare. Eſſe particulare eorum eſt quod habent in ſuis ſuppoſitis ſ̃m qõ vere habent exiſtentiam in rerum natura. Et hoc eſſe vocatur alio nomine eſſe exiſtentie. Eſſe autẽ vniuerſale eſt quod habent in intellectu per abſtractionem intellectus agentis. Et tale eſſe alio nomine dicitur eſſe eſſentie. Et hoc dupliciter cõſideratur Vno modo ſ̃m qõ intellectus apprehendit hoc eſſe quod habent in hoc vel hoc ſingulari vel in hoc eſſe exiſtentie. Et de tali non poteſt eſſe ſcientia propter tranſmutationem. Alio modo conſideratur vt abſtrahitur per intellectum ab omnibus ſuis ſingularibus ſeparantem ipſũ eſſe a conditionibus materie. Et tale eſſe conſideratur prout fluit ex ſuis principijs et cauſis Et ſic ſ̃m illud eſſe rebus non accidit aliquid cõtingenter quo modo de illis habetur ſcientia. Cuius ratio eſt q⁹ quecũq⁹ habent proprietates et paſſiones de ſe demõſtrabiles de illis poteſt eſſe ſcientia. Sed impreſſiones metheorologice ſunt hmõi. Vnde nota. j. poſte. Minor p̃z. j. metheo. Preterea quecunq⁹ habent cauſas et principia demonſtratiua de illis poteſt eſſe ſcientia. Sed impreſſiones metheorologice ſunt huiuſmodi ergo Vnde nota q⁹ ſcire eſt rẽ per cauſam cognoſcere. j. poſte. Minor q⁹ tales impreſſiones habent cauſam materialẽ ⁊ efficientem vtã. Et talis ſcientia eſt naturalis. Nã tales impreſſiones ſunt effectus nãles quorum eſt ſcientia naturalis et phiſica.

Dicto de corpore mobili generabili et ſimplici Dicẽdũ eſt nũc de corpe mobili generabili et compoſito ſiue elementato.

¶ De quibus eſt primo notandum

Inde mixta ſeu elementata ſ̃m quinq⁹ cõpoſitiones ſunt in quintuplici genere. In primo genere ſunt vapores exalationes ⁊ impreſſiones. In ſecundo ſunt omnia mineralia et metalla. In tertio ſunt omnes plante. In quarto ſunt omnia bruta tam perfecta cõ imperfecta. In quinto ſunt homines. Vbi

Notandum primo

Q⁹ mixta ſunt duplicia quedã ſunt impfecta ⁊ illorũ ſũt duo gña ſc̃z vapor ⁊ exalatio Vapor em̃ eſt cuaporatio calida ⁊ humida. Exalatio aũt eſt quedã cuaporatio calida ⁊ ſicca et de his determinatur in. j. metheororũ et in preſenti ſ̃m primã cõpoſitionem ex illis generaliter omnes impreſſiones generãtur. Vnde vapor eſt materia omniũ impreſſionum humidarum vt grandinis nubis rcijs. Sed exalatio eſt materia omniũ impreſſionum ſiccarum vt fulminis tonitrui. De quibus omnibus in preſenti et in quatu⁹

Summularum Alberti

or libris metheororum. Et dicuntur mixta imperfecta quia non continent tot qualitates elementales quot alia mixta. ſed ſolum aliquas vt vapor humiditatem et caliditatem. Exalatio ſiccitatem ⁊ caliditatem. ¶ Alia ſunt mixta perfecta vt ſunt que tenẽt in ſe virtutem omnium elementorum. Et de his dicit philoſophus. ij. de generatione Omne mixtum reſidens circa medium eſt compoſitũ ex quattuor elementis et per mixta que reſident circa medium intelligit inferiora. Et talia mixta ſunt adhuc in triplici differentia. Nam quedam ſunt inanimata vt ſunt mineralia. Et illa non habent niſi motum localem vt quando ſunt extra ſua loca tunc mouentur ad ea localiter. Sed quando ſunt in ipſis tunc non mouentur niſi violenter et comprehenduntur ſub ipſis metalla. Vbi

Nota ſecundo

Q⁹ ſ̃m Iſidorum libro. xvi. c. coſdem Genera metallorum ſunt ſeptem vnde. Aurum argentum es electrũ. Stannũ plũbũ ⁊ qõ donat omnia ferrum. Vnde ſulphur et argentum viuum reſpiciunt metalla ſicut principia eorum generationis mediante planetarum influxu. De cauſis igitur iſtorum metallorum diuerſe ſunt opiniones phorũ ⁊ primo de cauſa materiali. Ante cuius deductionem ſuppono apud philoſophum. v. meth. ⁊. iij. metheo. q⁹ oĩm liquab lĩ mã eſt vna que eſt aqua. Scitur autẽ ⁊ probatũ aquenum humidum eſſe de facili euaporatiuum indicant hoc experimenta alchimica quo niam ſi aqua vel ea que ſimpliciter aqueam habent humiditatẽ ⁊ ſiue naturalem ⁊ prior priam ſiue alienã et infuſam in Alembito ſuppoſito lento igne vaporant per modicum ignem et operationem et diſtillat ex eis aquam et arida ipſa remanent. Metallica autẽ videmus omnes ſuas etiam in magnis ignibus retinere humiditates. Oportet igitur humiditates materiales metallorum non eſſe ſimpliciter aqne ſed aliquid paſſe ab alijs elementis. Si autem conſideremus eas humiditates⁹que difficile ſeparantur ab his quibus ſunt naturales non inuenimus aliquas niſi vnctuoſas et viſcoſas quia ſicut determinatur in metheororum. Partes connectuntur ſicut carbone et vna earum de facili euelli non poteſt. Eum ergo etiam magna aduſtione de metallis humiditates eorum non euellantur ex eis oportet ipſas eſſe vnctuoſas. Signum autem huius eſt omnem radicalem humiditatem in qua calor naturalis animalium caleſcit eſſe vnctuoſam quod procul dubio ſapiens non prouideret natura niſi quia difficulter ſeparabilis eſt ⁊ difficulter ſiccabilis. Natura enim deſiderat permanere in eſſe diu et in indiuiduo et perpetuo in ſpecie et ideo in alimentum caloris vitalis huiuſmodi ordinauit humidum. Cum igitur ſimiliter in calore liquante metalla huiuſmodi inſeparabile videatur humidum erit abſq⁹ dubio humidum illud quod eſt metallorum materia vnctuoſum ſubtile quod eſt incorporatum terreſtri ſubtili fortiter commixto. Quo premiſſo procedaz ad opiniones diuerſas philoſophorum.

De materia metallorum

Auicenna enim tam in phiſicis cõ in alchimia ſua tradidit⁹ Argentum viuum et Sulphur eſſe omnium metallorum materiam. Humidum autem illud de quo dixi admixtum terreo eſt materia argenti viui proxima et ſubſtantia vnctuoſitatis⁹ quam deſcripſi eſt propria et eſſentialis materia ſulphuris. ¶ Hermes autem et quidam alij dicere videntur metalla ex omnibus elementis conſtitui. Quod procul dubio negandum eſt ſ̃m Dominum Albertum et pre omnibus mirabilis et deriſibilis eſt ſententia quã quidam in alchimicis Democrito attribuunt q⁹ ſcilicet calx ⁊ lixiuiũ ſunt materia metallorum. Si enim calx eſſet materia eum ipa ſit combuſta aqua permixta ſibi areferet ſicut in cemento et rediret ad duritiem lapidis metallum et comminutibile et non liquabile efficererur. Preterea ſuppoſito igne metallum induraret ⁊ non liqueſceret ſicut videmus de cemento. Si etiam lixiuium vocat aquam acutam ſicut Alchimici⁹ exponũt remouentem a calce ſalſedinem et acredinem que eſt ex combuſtione Sicut docent Alchimici in loturis ſuis. et hec aqua ſit materia metallorum ad hoc eſt inconueniens. nã calx eſt ſubſtantia terreſtris. Omne autem terreſtre combuſtum contractos et conſtri-

tros habet poros. Talis autem cal x existens impedit ingressum aquē ad interiora calcis non ergo vnē bene et fortiter conglutinatur propter quod et cementum de facili per iguem euanescente humido formatur et cadit de muro. Ideo inconueniens est dictum Democriti. ¶ Silgil autem quidam ex Arabia Despalensi que nunc hispanis redita est in secretis suis probare videtur cinerem infusum esse materiam metallorum per suadens hoc ratione debili. Nam terrestre non videmus subtiliari et diuidi et permisceri cum humido nisi per maximā vim ignis subtiliantis et diuidentis ipsum ꝛ eleuāris ipsum in humidum vt illi permisceatur. Sic autem se habet terrestre quod est inclusum in metallozum humidis quare videtur isti ꝙ cinis terrestris sit propria materia metallorum et propter hoc inquit mergantur sub aqua omnia meralla quod non facerent (vt ait) si in ipsis abundaret humidū vnctuosuz. Preterea quecunqz hūt vnctuosam humiditatem (vt ipse inquit) sunt cremabilia vt ligna. Sed nullum omnino metallorum cremabile et inflammabile est et ideo vnctuosa non videtur habere humiditatez pro materia. Hec autē inconuenienter et stulte dicta sunt. Quoniā ipse Silgil mechanicus et non philozophus fuit et de mechanica alchimia presumens presumpsit mentiri in phisicis. Q; autem falsuz dicat patet per ea que dicuntur in metheozologicis de cinere. Dicitur enim ibi ꝙ per aquam infusum non includitur eo ꝙ habet poros patulos vbiqz emittentes aque humide conceptum. Si igitur cinis esset materia metallorū nunqē per aliquod humidum conglutinaretur in ipsis. Preterea per operationes ignis in cineribus videm⁹ humidum quod distillat per cineres effici citerinum vel rubeum Si igitur cinis esset propria materia metallorum. eam colorare et in citerinum colorem vel rubeum quod patet esse falsum. Nec est conueniens de humiditate vnctuosa creabilium. ¶ Est enim triplex vnctuositas in multis rebus. Quarum vna est quasi exterius secca subtilis valde nihil fetulentum vel cremabile habens admixtum Et hec nō est inflammabilis et intrinseca rei reteuta in radicibus rei ne per ignem posset euelli et eporari. Altera est commixta toti substantie liquoris ipsius non separabilis ex ipsa substantia liquoris nisi per defectionem substantie. Et hec est cremabilis. Idem etiam est in omnibus que profert natura sicut est vnctio oleoginea que est separata a materia tali que est quedam subtilis humiditas cremabilis. Hec de causa materiali metallorum ex qua generantur et coagulātur metalla sic ꝙ primo grandinosa fiunt et postea paulatim constare incipiunt. Omnia tamen hec fiunt per radios stellarum et planetarum influxu tra ꝙ quilibet planetarum proprium respicit metallum. vt sol aurum. luna argentum. Jupiter stannum. Mars ferrum. Venus es. Et Mercurius argentū viuum. De quibus supersedeo.

Notandum tertio

De illis omnibus in particulari Et primo de his que sunt quasi vniuersalia metallorū sicut pater et mater vt dicunt metaphorice loquentes Autores alchimie Sulphur em est quasi pater. Et argentum viuum mater quod conuenientius dicitur si sulphur dicatur esse in commixtione metallorum quasi substantia seminis paterni. Et argentum viuum sicut menstruum quod coagulatur in substantiam embrionum. De substantia igitur ꝛ generatione

Sulphuris

Scias ꝙ cum liquescat ad calidum siccum et coaguletur frigido oportet ipsum habere aquam per ea que supra sunt determinata. Cum autem sit comminutibile in pulverem quandoqz cuditur oportet ipsam habere substantiam terrestrem siccam valde cuz illud sit facile inflammabile ꝛ adherens ꝙ habeat substantiam vnctuosam viscosam valde vt per vnctuosam substantiam sit inflammabile et per viscosam sit adherens. Flamma autem ipsius est multum fumosa quasi ad saphirium declinantem nigredinem habens colorem. Ex quibus colligitur ipsum quasi de quatuor substantijs. aut ad minus de tribus compositum quoniam cum sit penetrativum et attractivum. vt dicit Auicenna in sua simplici medicina oportet ꝙ in ipsa sit substātia ignis propter quod etiam calidum et siccum in quarto gradu pronūctiatur. Cum autem sit facile inflammabile oportet ip

sum habere substantiam aeream et cum sit liquabile calido sicco oportet ipsum habere substantiam humidam aqueam Et cum sit comminutibile oportet ꝙ sit substantia terrea fixa. Omnes autem has substantias habet ira habunde ꝙ in operibus et passionibus eius expresse et euidenter manifestatur. Hec de substantia ipsius. ¶ Est autē in colore citrinum et aliquando albidum quasi palearem habens albedinem hoc est sicut est albedo palearum tritici. Cuius causa est calidum quod est decoquens humidum et cōuertens ipsum ad citrinitatem. et propter hoc videtur esse sulphur id quod resultat in visceribus terre. Cum enim terrestre commiscetur cum aqueo calore coquente. sicut in corporibus animalis cibus et chimus cibi permixtus est et spuma illius in superficie bulliens conuertitur ad coleram citrinam. Ita videtur ꝙ sulphur sit sicut spuma cius qō commiscetur in visceribus terre. et ideo citrinum et siccum ꝛ calidum et si quod est magis decoctum et magis terrestre videtur esse sicut subcitrinum ad albedinem palearem declinans. ¶ Dividitur autem Sulphur in viuum et sufuz. Viuū autē est sicut de terra accipitur. Non viuū autem seu fusum positē est liquefactum Et non differūt nisi per accidens. Hec igitur de natura sulphuris. Sed de natura.

Argenti viui

Dicendum est ꝙ habet substantias duas principales sm omnes phisicos. Vnam aquid aqueam. Alteram autem terream. Terreum autem suum aliquid sulphuris habet. Licet dicant quidam autores alchimie non esse in eo nisi substantiam aqueam. Dicunt aūt hanc aqueam calore sulphuris inspissari cum tamen in se non sit nisi aqua quod omnino est impossibile. Nam aqua non inspissatur sola remanens nisi frigiditate ipsam ad terraz conuertente. Est autem argentum viuum sicut substantia materialis metallorum. Recte sicut menstruum est materia embrionum ex quo virtute sulphuris digerentis ipsum et aduentis omne metallum generatur. Cum autem conuerti incipit ad speciem efficitur glandulosum primo et postea constare incipit paulatim et conuerti. Differentie aūs argenti viui sunt Quia quoddam est extractum de minera sua et inuentum viuum Et quoddam est extractum de lapide in quo generatum est per adustionē sicut extrahitur argentum vel aurum de lapide et sm hoc propter acumen dicitur esse de genere venenozum. ¶ Est autem frigidum et humidum in gradu secundo ꝛ propter hoc dissoluens nernos et paraliticans et perimens pediculos et lendes et huiusmodi et pozorum putredine generata sicut constat ad sensum. ¶ Albedo eius vt dicit Auicenna est ab aquositate et terreitate subtili decocta cum aere qui spiritualiter intercepius est in cōmixtione ipsius. Hec omnia dicta sunt vt sciatur argentum viuum non esse nisi materiale in metallis quod absqz dubio mortificatur per aquas acuras et per naturam et per artem est. Positē mortificatuz est commiscibile est corporibus et colorat ea. De natura

Blumbi

Quod minus omnibus aliis metallis addit super naturam argenti viui. Propter quod etiam dicit Aristoteles et Auicenna ꝙ cum fluit blumbum proculdubio videtur esse argentum viuum. De compositione igitur blumbi per substantiam pro certo creditur ꝙ suum argentum viuum est multum respectu sni sulphuris et forte sulphur parum intrat in compositionem blumbi per substantiam Sed multum per qualitatem. Et ideo decoquit ipsum calore suo et conuertit ad blumbi speciem. sicut coagulum parum per substantiam coagulat multum de lacte. ¶ In effectu vero blumbum est frigidum constrictivum Et spectalem habet virtutem contra libidinem venereozum et contra pollutiones nocturnas si ex ipso circulus factus latitudinis duorum digitorum ponatur circa renes et camphora purgatur. Sed cauendū est ne frigiditate sua interius nimis stringens materiam sursum compellat ad caput et inanitam vel epilensiam inducat. Couendum etiam est ne paralitim inducat inferioribus membris vel stupozem. Hec igitur est natura blumbi in sua commixtione et effectu. De natura et proprietate

Stanni

De quo fere sicut de blumbo est determinandum. Hec enim valde vicinas habent species et parum ad se inuicem differentes nisi q stannum albius est et purius. Cuius nulla alia potest esse causa nisi q suum argentum v uum mundius est q blumbi et forte de sulphure habet parum. Conuenit autem hoc metallum cum blumbo in hoc q neutrū contrahit rubiginem Sed potius ex corrumpentibus et ex se ipsis contrahunt squalorem et soditiem quandam et blumbum plus q stannum. Conueniunt etiam in hoc q neutrum est sonorum multum per seipsum Causa primi quidem quia non sunt habentia aliquem humorem calidum aqueum vel valde parcum acutum qui corrumpat terreum qui est in ipsis et conuertat in rubiginem. Causa autem rubiginis non est nisi terrestre adustum. Sed causa secundi est mollities et humor. Nam cum percutitur molle et humidum cedit in sui empipedum et ideo non a tota superficie expellit aerem qui e causa sonoritatis sicut in de anima ostenditur. Magis tamen stannum q blumbum habet sonoritatis. Et quia hebetem habet sonum ideo ea que acute sonant sicut es argentum et aurum stannum temperat et granat sonos corus. Et ideo admiscetur eri in infusione campanarum. ¶ Inuenitur autem stannum duplex scilicet durius et siccius quod venit de Anglia siue Britania et mollens aliquantulum quod in germanie partibus abundantius inuenitur. Hec igitur de Stanno. De natura autem.

Argenti

Iam dicendum est co q in colore sm aliquid videtur conuenire dictis metallis. Cum autem non sciamus naturam composti nisi sciamus ex quibus. et quot. q qualiter componatur oportet de natura argenti inuestigare. In cuius compositionem venit argentum viuum. Quia sm colorem eius colorarur q habet accidentia illius quando liquescit Tunc enim non adheret rangenti nec quiescit in superficie vna neq omnino diffunditur vt aqua vel oleum vel vinum seu alius liquor. Hec igitur primum argento viuo videmus inesse: Si igitur argento liquefacto ista conueniunt oportet q hoc sit gratia argenti viui quod venit in compositionem substantie ipsius. Cum autem splendidissimum sit argentum fulgens in albedine et bene politbile oportet q habeat rationem argenti viui multum digesti et depurati. et per subtilissima commixti. Et inde etiam est q feridum sit. Non est autem tale sicut alia metalla. ¶ Vnde scias q tam sulphur q argentum viuum et quodlibet quod ex sua complexione est humidum et per ignem liquabile habet tres humores sicut et viuentia plante et animalia. Quorum quidem vnus crassus et indigestus est et enatans sicut piguis qui adeps vel oleum dicitur. Et hic facit res inflammabiles. Alius autem est sicut flegmaticus humectans partes terreas et non generans vel agens. Tertius est radicalis essentialibus partibus rei imbibitus. quia ex ipso partes essentiales rerum constant et per ipsum augetur et nutriuntur. Argentum autem inuenitur durum et siccum igitur oportet q ab humoribus duobus imperfectis sit multum emundatum et subtilitas tertij facit optimam ipsius commixtionē ¶ Inuenitur enim in effectu frigidum propter argenti viui abundantiam que est in ipso Sed propter sui humidi optimam digestionem et subtiliationem est quod confricatum speciebus aliquibus vel etiam commixtum valet spiritualibus Et precipue contra tremorem cordium. ¶ Purificatur autem in igne cum blumbo et tunc per adustionem exalat blumbum et separatur sordes ab argento. Quod relinquo Alchimicis. De natura et complexione

Eris

Omne enim metallum ex sulphure componi et argento viuo supra est deductum. Patet igitur argentum viuum esse bonum non feculentum siue luculentuz nō tamen ab humore extraneo omnino purgatum et substantiam sulphuris esse feculentam et aduētem et in parte accensam et hic argento viuo per substantiam et qualitates commisceri tunc ablaq dubio conuertit ipsum in ruborem. et non poterit eidem propter vtriusq

non plenam subtiliationē bene misceri et tunc efficiet es quod non est omnino bone mixtionis propter quod multa fex inde resolutur et multum euaporat in igne. Quia cum sulphur in parte incensum est ideo quedam partes argenti viui amplius q alie purificatur et consumitur in eis superfluum humidum et in illis partibus videbitur haberi venas aurei. Patet igitur materiam eris esse ex argento viuo plus q oporteat. aliquantulum habens per commixtionem adurentis sulphuris ad formam ruboris deductū. Vnde dicit Hermes q si es sale asperium super acetum vel vrinaz pueri masculi virginis locetur penetrabit virtus vrine siue aceti substantiam eris et conuertet ipsum in virorem. Si autem iterum per se solum es locetur super racemos expressos solo vapore vini conuertetur in optimum colorem viridem perlucentem. Si autem huic colori auri pigmentum siue Arsenicum appropinquatur q precipue adustum condempnando destruit virorem et inducit colorem fuscum terrestrem ad opacitatem declinantem. Sal enim apertiuum est et ideo aperit cupri substantiaz precipue si in tenues laminas sit deductū et tunc vapor acutus aceti vel vrine incendit ipsuz quod tamen est a sulphure nimis accenso. Tanta igitur de huius natura. Sed de admixtione

Auri

Quod solis sm Hermetem est in quo nulla apparet egritudo. Neutra enim pars materie ipsius est imperfecta et intemperata. Cum enim sicut ex cetera metalla componatur ex sulphure et argento viuo est suum sulphur lucidissimum et mundissimum et per loturas fortissimas deductum ad puritatem quod nullam omnino habet vnctuositatez cremabilem nec aqueam humiditatem flegmaticaz euaporabilem. Et quia sic ipsum nō est vaporatiuum aut parum. Ideo quasi non est odoriferum. Odor enim licet non sit essentialiter fumalis euaporatio tamen frequenter fortis odor est cuz fumali euaporatione. Propter quod etiam relinquitur vlterius q aurum sit incorruptibilius omni metallo magis sustinens ignem propter fortissimam sui commixtionem in mixtura. Fumalis enim euaporatio quandam indicat corporum corruptionem que est minus in argento et magis in ere. Ex his habetur causa quare ea adurunt argentum que non adurunt aurum sicut sulphur et arsenicum et quedam alia. Causa enim huiusmodi est mixtura eo q omne terrestre ipsius est in humido se defendente ab vstione et omne humidum ipsius est in terrestre se retinente ne cuoler per euaporationem quam connexionem Plato vocat fedus. Empedocles collam germanorum.

Ex temperantia

Autem auri habetur quare est calidum et humidum conferens tremori cordis et melancolie que facit tristem et precipue illi que facit hominem solum apud se loqui. Conferr autem contra has passiones siue speciebus eiusdem virtutis confricatum siue eriaz sumptum cotritum

Ex soliditate

Autem est quod non tingit corpora que tangit nisi difficulter Et ideo fertur in annulos et cereris ornamentis. Argentum autem tingit parum et cetera metallorū tingūt multorum quod contingit ideo quia humor vnctuosus in toto est ab eis separatus eni cōmixtum est terrestre adustuz in eis Et hoc tingit sicut suligo corporis vnctuosi. Ultra autem puritas materie facit q rarissime inuenitur alij corpori immixtum sed semper quasi purum quod cum alij permiscetur non potest retinere tantam puritatem. Et ideo degenerat in es econtra rarissime inuenitur nisi lapidibus incorporatum et inuenitur vt grana arenularum frequenter. Nam tantam puritatem oportet esse paucam et ab illa materia eleuatam et quasi expulsam tamen quandoqz inuentum est granū centuz marcarum simul. Ex his iterum constat q hec duo metalla scilicet aurū et argentū assumpta sunt in materiā numismatū a sapientibus antiquis. Habet em hec speciale iuuamentū ad hōis cōplexionē iuuandā z conseruādā et sunt durabiliora z nobiliora ceteris. Purificantia

autem aurum sunt acuta et valde sicca sicut sales. Et precipue sales marini Et saligo
coposum vetuosorum salre ficcorum et later tritus quod relinquo alchimicis et alijs
De natura autem et commixtione

Ferri

Hoc enim ignobilius est ceteris liquabilibus metallis· Neqz est liquabile sicut cera. se
porius liquabile mollificabile. Est autem compositio eius ex argento vivo terrestri pū
dere'o et luculento et immundo valde et ex sulphure immundo terrestri. Cuius virtꝰ
commixtit ipsum argentum vivum in ferri speciem Et ideo est scabrosum valde. Et ru
bigine de facili contrahit propter sulphuris adustionem et fuliginat ea que tangit ex
fecie terrestris substantia eius sulphuris est Atramentosa et propter hoc limatura eius
confert nigredinem incausto Sicut constat ad sensum· Et tale est multum nobis usui ꝛ
familiare. ideo nobilissimum. Calips autem non est alia species metalli q̄ ferrum· sed est
subtilior et aquosior pars ferri ex ferro per distillationem extracta. Et ideo durior est
et compactior propter vim ignis et propter partium subtilitatem que duriores efficiun
tur quando viuntur. Est autem albius propter maiorem a terrestreitate separationem
Et cum nimis induratur tunc scinditur et percussum comminuitur propter nimiam sui
desiccationem. Est autem diversitas aque in desiccando plus et minus. Et ideo fabri
querunt specialiter aquam in qua extinguant ferrum ex quibus faciunt gladios. Cū em
candet et in aquam mittitur induratur eo q̄ calidum frigiditatem aque fugiens ad inte
riora ferri comburit in ipso materiale humidum et hujusmodi consumptione magis et
magis induratur Hec de presenti.

De quibus est primo notandum q̄ quedam elementata sunt prime com
positionis sicut Vapor resolutus ex aqua vel terra per calorem solis sine
maneat in viscetibus terre clausus sive in aerem eleuetur ſm plus ꝛ mi
nus iuxta aeris triplex interstitium ſm quod etiam ab ipso causantur
diverse passiones sive impressiones aeris et aliarū rerū ipse Vapor principiū
est· ¶ Cū enim eleuatur super terrā principiū est eorum que fiunt in ae
re ſm diversa aeris interstitia sicut sunt comete Halogrece. Alloleti he
braice sive corona latine que idem valent Etiam fulgor: coruscatio: nu
bes: pluuia: grando et relique impressiones humide atq; ignite. ¶ Qui
vero manet in terre viscetibus hiemali tempore calefacit fontes. ¶
Item ipse est terre motus principium. Et ex eo generantur corpora
mineralia scz sulphur ex cuius cōbustione fiunt terme. i. balnea calida.

argentum vivum quod omnium metallorum est principium que metal
la sunt septem puta plumbum: stannum: ferrum: es auricalcum: cuprum
argentum et aurum. Electrum autem non est simplex metallum quia
quoddam fit arte. quoddam a natura. Et quod a natura fit melius est
Et illa sunt elementata secunde compositionis.

¶ Sunt enim quedam
Tertio quedam sunt mixta animata Et talia sunt duplicia. Nam quedam sunt vegeta
bilia quibus primum inest vivere Et de illis determinat philozophus in de vegetabili
bus et plantis. Et talia sunt perfectiora primis. quia vitra motum localem adhuc ha
bent motum augmentationis et diminutionis De quibus parte. j. q. xviij. ar. tertio cū
inquit. Inueniuntur quedam que mouent seipsa non habito respectu ad finem vel for
mam que inest eis a natura sed solum quantum ad executionem motus. Sed forma ꝛ fi
nis per quem agunt determinatur eis a natura. Et huiusmodi sunt plante que ſm for
mam inditam eis a natura mouent seipsas scōm augmentum et decrementum. Et talia
elementata dicuntur esse infixa terre non omnino sub terra neqz omnino supra sed par
tim infra ꝛ partim supra. ¶ Alia sunt mixta animata sensitiua anima de qui
bus determinat Philozophus in de animalibus Vbi determinat de toto genere ani
maliuz et de omnibus sibi notis. Et talia mixta animata anima sens ua sunt duplicia
Quedam sunt imperfecta vt sunt illa que solum habent sensum tactus· Nā omne ani
mal tactum habet. iij. de anima etiam necessario. Et talia animalia mouentur solum in
fra seipsa motu dilatationis et constrictionis vt conchilia maris sicut ostrea marina. Et
talia parum sunt excedentia motum plante Sic q̄ ponuntur media inter animalia per
fecta et plantas. Nam spongea marina radicibus nutritur sicut planta ꝛ sentit tactu vt
in duko corpore comprimente ipsum efficitur fortissime adustionis. ¶ Et huius exemplum est in calce viua et frigida in qua est ignis dispersus qui quando ad vnum congregatur locum ex hoc ꝙ impellitur a quibusdam partibus calcis ad quasdam partes alias per aquam frigidam infusam calci efficitur adurens. ¶ Ex autē dicitur ꝙ aliquando aduret calceos vel alias vestes hominem non ledendo. Dicendum est ꝙ qr vapor ille est debilis combustionis et alterat combustibile siccum quod tangit immediate et non potest in aliud per modum sue nature. Nec i aliud quod habet humorem sanguinis vel alterius ignem extinguentis infusum. ¶ Debilissimus autez vapor et diuaricatus est valde qui tā rum pilos adurit. Et pili sunt fum⁹ in aere exsiccatus sicci valde et facilis incensionis. Et ideo ille vapor nihil aliud alterare potest: propter sue flamme debilitatem. Vapor autem subtilis ictus magis penetrans ꝙ adurens inficit calorem percussi et facit cōcutere sanguinem sub pelle Et ideo inficit hominem sic ꝙ habeat pellem inflatam. Et talem nos vidimus. Vapor autem ille si sit ictus fortissimi hominem interficit eo ꝙ penetrat membra vitalia interiora. et etiam percutit propter suaz subtilitatem et diuaricationem. Vulnus tamen non apparet: nec adustio: eo ꝙ magis ledit ictu ꝙ calore. ¶ Si autem vapor sit grossus sibi adherens facit vulnus. Et si est calidus valde: tunc relinquit adustionis signa maiora vel minora ꝑm proportionem sui caloris: et partium eius adherentium. ¶ Et si tantū habet ictus impetū et nō est valde spissē flāme sic alba inueniūtur ligna que diuidit. et talis ict⁹ ē frequēs ⁊ valde sepe videtur. ¶ De dolio āt percusso ꝙ vinū adhuc stat ī ipso Sene:

rationē assignat dicens in vino remanere ex fulmine aliquē spiritum qui coegit humorē vini et coagulat ipsum quod verisimile est. Non enī aligari potest nisi ei aliquod esset additum vinculum. ¶ Hec autem solutio non est conueniens quia spirituale nō continet corporale humidum quale humidum vini est. ¶ Adhuc autem non sufficiens est qr scitur bene ꝙ aliquod cōtinet sed deberet ostēdi quid esset illud et hoc ex verbis Senece haberi nō potest. ¶ Sciendū ergo ꝙ proprietas vini fulminati et cuiuslibet liquoris percussi est quod efficitur pestiferum. et si quis biberit moritur aut dementabitur si multū fuerit vinū vel oleū fulminatū. Fulmez enim vino vel oleo cuicūq; liquoriquē percutit īmiscet vapoez viscosū corruptū et sulphureum qui cū humore fulminati liquoris continuatur ad modū viscose pellis: et illa pellis ad tpūs cōtinet liquorem ne destruat. diu aūt continere non potest. ¶ Huius autē signū est si psillū commiscetur vino in quantitate magna tunc vinum multaz viscositatem contrahit a psillio quod est viscosum valde: et illa viscositas propter calorem vini expellitur in circuitu ita ꝙ inspissatur ⁊ cū inspissatu fuerit etiā si de doleo vini trahatur spina ad magnū temp⁹ nihil exibit. ¶ Sicut autem fulmen liquida inficit et pestifera efficit Ita animalia venefica emundat et a veneno purgat. Quia ille vapor calore suo in eis extinguit naturale humidū quod erat venenosum ⁊ postea paulatim exspirat ab eis vapor fulminis: et sic cadauer a veneno liberatur Strocz et tunc talia vermiculāt corpa. ¶ Ex aūt habeāt odorē sulphureū oīa fulminata et fetida sūt valde hoc ē propter vaporē sulphureū qui ex nube segitur aquea qr aqueitas vaporis mixta ē cū terrestreitate

cū calore cortūpente et adurēte et producente vsq; ad sulphureā vnctuo
sitatē.et talis vapor procedit a nubibus aquosis habentib⁹ in se vapores
terrestres atq; ignitos. ¶ Hec est generatio sulphuris vt nos ostende
mus vbi de mineralibus agemus. Et ideo omnia que fulminantur sul
phurea videantur. ¶ Quod autem fulmine percussum contra fulmē
vertit caput vel frontem.et hastule arborum dirigūtur ad ipsum hoc
est ex impetu ictus vehementis qui conuertit ea que percutit contra ip-
sum impetum.propterea naturali est animali dirigere se contra nociū
improuise proueniens super ipsum.et ideo in ipso visu quo tentat quale
sit nocumentum.per fulmen moritur et videtur animal ad ictū fulmi-
nis conuersum. ¶ Super hoc autē augures diuersa predicant ac pro
nosticantur de qnibus curandum non est ad presens quoniam in alia sci
entia de his est inquisitio.Vtrum aliquod veritatis habeat. ¶ Opor-
tet ūt hic inquirere quid sit hoc quod in ictu de nube descēdit eo q illud
presuppositū est i:t precedentibus. ¶ Aut enī ē vapor tātū aut aer tā
tū aut vtrūq; .uz aut neutrū horū. Videtur āt a quibusdā neutrū horū
esse qr ⁊ .ue cedēs nō cōminuit corpa et dura et fortia. Descēdens āt de
nube corpa dura et fortia cōminuit. Videtur ergo q sit neq; vapor neq;
aer. Amplī⁹ aūt illud quod facile ac omni corpe ipellitur nō videtur q
illud fortissime ipellat quodlibet aliud corp⁹. Aer āt siue vapor a qnolibz
corpe facile ipellitur igitur videtur q nō impellat alia. ¶ Probāt āt
quidā p exēpīmēta eo q lapides fertū et quelibet alia minerolia qūq; de
nube descēdūt quorū gūatio nō ē ex simplici vapore.aliqū etiā dicitur ce
cidisse de nube corp⁹ animalis pfecti sicut vituli lz eēt mortuū corp⁹. oia āt

hec faciunt ad hoc q fulmen sit res diuina ⁊ ictu fulminis deus statuat
in rebus in quibus fuerit voluntas eius. Et vt etiam timeant inferio-
res. Dicit enim Pytagoras Jouem tonare vt timeant isti qui sunt in
tartaro. ¶ Si autē hec concedātur pro nihilo opus esset nature quod
iam ostendimus vbi diximus diuersitatem vaporis qui exit de nube Et
pro nihilo etiam erit illud quod Aristo.in de anima dicit q aer cum to
nitru et ictu scindit ligna.Propter hec et similia Dicendum est q de⁹
sublimus regit naturam et per causas administrat naturales Et illas
potius hic inquirimus q̄ diuinas quia nobis sunt propinque et eas desa
cili possimus inuestigare. ¶ Dico autem q aliquando vapor est aer
cum ictu.aliquando aer solus.Nihil enim ita maxime percutit sicut id
quod primi percutientis ictum maxime recipit.Nihil autem ita recipit
ictus percutientium sicut aer et vapor qui habet aliquod de forma aeris
propter raritatem.Et ideo aer et vapor fortissime percutiunt. Vapor
enim nunq̄ sine aere est percutiens quia vapori est semper aer immix-
tus.Aer autem aliquando percutit sine vapore quia vapor vsq; ad terrā
non percutitur. ¶ Huius autem signum est ventus et terremotus
qui de talibus ictibus aeris frūt et non vaporū. Ex aūt obijcitur prīo ⁊
secūdo facile soluitur qr aliud est dicere de vapore ⁊ aere in se considera
tis ⁊ aliud de eis cōsideratis cū impetu ⁊ violētia. Sm se enī nihil infe-
rūt violētie.Percussa aūt inferūt maximā violētiā. ¶ Hui⁹ āt cā ē q
nullū aliorū corpm intus ⁊ extra subiectū efficitur tāte violētie q̄ aer et
vapor qui in profundū percussus recipit omnez ictū violētie ¶ Et hec
est causa cur omnia impellantur ab aere vel vapore .et nulla violentia

poteſt eſſe tam fortis ſicut aeris Vel Vapozis et ideo aer ſcindit cum tonitru ſicut dicit Ariſtoteles.vj.de anima. Alia enim corpora non efficiuntur ſubiectum Violentie Quia frangunturab ictu percutientis corporis eo q alia corpora ſpiſſitudine ſue materie reſiſtunt et Violentiam ſui interius non recipiunt. ¶ Ex autem mineralia cadũt de nube hoc contingit propter Vaporum commixtionem elevatorum quorũ natura tendit ad naturam argenti Viui lutulenti et ſulphuris terreſtris. Vnde precipue ferrum cadit quia illud fit ex terreſtri lutulento et Viſcoſo. Et quia multũ decoquitur ab igne nubis. et ideo cadit in forma calibis optimi quia eſt Ferrum durum et congelatum et depuratum. quia dũ cõgelatur in nube frigida conglobatur in exteriozibus nubis per modum guttarũ diſtillat ab inferiozi Vapore. Et ideo hec maſſa eſt ſicut ex granulis milij Vel ciceris compoſita. ¶ Corpora autem animalium perfectorum raro formantur in nube. licet Auicenna dicat hoc ſemel contigiſſe q Vituli corpus de nube cecidiſſet Et hoc ipſe maxime Virtuti attribuit ſtellatum in tempore illo impzimentiũ formam Vituli. ¶ Mineralia autem que cadunt adeo ſunt exſiccata q nec liqueſcunt: nec fabricabilia ſunt. Sed cum igniuntur evaporant in cineres. Et per hec patz cauſa naturalis omnium prehabitozum.

¶ Tempus autem

Vnde tonitrua et choruſcationes precipue fiunt in eſtate poſt magnũ calozem et tempus magni eſtus. Cuius Albertus hic aſſignat tres rationes. Quarũ prima eſt Tonitrua et choruſcationes fiũt ex vaporibus ſpiſſis et groſſis non ex ſuperfluebus terre et aque neq ex partibus eozũ ſubtiliozibus ſed ex profundo terre erectis etiã vbi aqua eſt terreſtris ſpiſſa groſſa impura et conglutinata. Et quibus propzie fit vapoz harum impreſſionum pzincipium materiale ſed huiuſmodi elevare vapozem et extrahere de intimis terre viſceribus non poteſt calox niſi magnus fuerit et fortis qualis eſt calox eſtatis. Vnde eſtas eſt calida et ſicca calozis generatiua eo q ſol tpe eſtiuali ſumma graditur aſcenſiõe oppoſituſq capitibus noſtris directam et fortem in corporibus noſtris ſicut et aliis corporibus inferiozibus fortiſſimam impzimit actionem et ſuperflua in hieme coadunata

diſſoluit et conſumit. ¶ Secunda ratio ipſum tonitruum fit non niſi ex vapore adu ſto incipiens in ſua elevatione inflammari. Sed calidũ adurens non fit niſi tempore eſtatis ergo etiã vapoz tonitrui et choruſcationis non elevat vel in altũ attrahitur niſi tpe eſtatis ideo tunc temporis etiã ſolũ tonitrua vt frequenter generantur. ¶ Tertia rõ generatio tonitrui et choruſcationis non fit niſi fortiſſima medie pegionis frigore nubes aquoſam impellente atq vaporem compzimente ſeu confricante ſed ſic eſt q pale frigꝰ non eſt in aere niſi ſit vndiq ad locũ vicini aeris impulſum et excitatũ. Que quidẽ aeris impulſio non fit niſi tempore eſtatis in magno calore ſicut ſuperius in toto eſt deductũ. Vnde antiqui pbi Ioui attribuebant iſtos effectus et opera tonitruoz et choruſcationũ ſicut et reliqua. Nam Seneca appellat Iouẽ patrẽ vniuerſitatis et omniũ rerum auctorem. Imo ſm fabulas poetarũ Jupiter fertur deoꝝ pater. et dicitur a iuuo vel iuuans et pater. Vnde Ouidi⁹ Jupiter eſſe piũ conſtituit quodcunq iuuaret. Hoc tamen ſcias q Jupiter non eſt deus ſed creatura dei et vna erraticarũ ſtella vrs. Sed ſi caperetur Jupiter pro ſummo Ioue catholice ideſt pro prima cauſa totius vniuerſi non negetur q tonitrua et choruſcationes ſint in eius poteſtate. Nam et in Biblia legitur q quando deus loqueretur iudeis apparuit eis in tonitruis et choruſcationibus ſicut latius ſuperius in textu. et cõmento viſum eſt. Et ideo cum ceteris notabilibus cõſueto ſtilo obſeruatis ſuperſedeo.

Empus autez harum impreſſionum que ſunt tonitrus et choruſcatio precipue fiũt in eſtate poſt magnũ cauma tps et magni eſtus Cuius cauſa quia ille impreſſiones fiunt de Vaporibus ſpiſſis et groſſis ſiue ſunt humide ex quibus fiunt nigre nubes magne ſiue ſicce quia fiunt ex Vapore terreſtri inflammato. Vapoz autẽ huiuſmodi nõ elevatur in ſuperficie terre vbi terra ſubtilis eſt: Vel aqua ſubtilis que deſcendunt ad terram per pluuiam. ſed Vapoz ille exigitur ex profundo terre vbi aqua eſt impura et terreſtris ſpiſſa et groſſa et conglutinata. q ex his propzie fit Vapoz harũ impreſſionum. Exigere autez de intimis terre huiuſmodi Vaporem calox non poteſt niſi magnus fuerit Valde et ideo non fiunt niſi tempore eſtiuo. ¶ Adhuc autem non fit tonitruum niſi ex Vapore adu ſto qui in ſua elevatione incipit inflammari ſicut ante dixim⁹. Calidus autem adurens non eſt niſi tempore eſtatis Et ideo Vapoz tonitrui et choruſcationis nõ multũ elevatur niſi tempore eſtatis. ¶ Amplius generatio tonitrui et choruſcationis non fit niſi ex frigore fortiſſimo impellente nubem aquoſam et cõprimente Vaporẽ

Tale autem frigus non est in aere nisi sit expulsum vndiq; ad locum vicini aeris. Huius aūt expulsio non est fortis nisi tempore caumatis vt patet per ante dicta. ¶ Generatio igitur tonitrui et ehoruscationis p se non est nisi tempore estatis. ¶ Ex hoc aūt scitur q; harum generatio est post aure serenitatem licet in operatione ipsarum ipsum obnubiletur celum. quia tempore nubiloso dispersum est frigus in aere ⁊ non facit operationem fortem nisi in suo loco. Sed tamen ista non fiūt nisi in nubibus necesse est vt celum obnubiletur in tempore earum descensus. ¶ Et licet aliquando non videatur nubes et tamen fulgura micant: sicut in estate videtur ehoruscatio sereno celo et precipue in crepusculo tamen ibi sint nubes vnde micat ehoruscatio et ad nos venit tātū splendoris alteratio et non tonitrui. ¶ Ex predictis autē defacili scitur duplex locus harum impressionum scz locus vbi generantur sm formas suas et locus vnde extrahitur et elevatur materia sua. ¶ Necesse ē enī vt generētur in loco altiori q; alie humide impressiones q; ille loc? superior est frigidior quod ad ipsum frigus depellitur ab calido inferiori Et huius signum est magnū et multū spaciū quod est inter auditū tonitrui et visum ehoruscationis precipue qū sunt tonitrua magna q; tūc maius est illud spatiū q; cū tonitrua parua sunt. Locus enī vnde extrahitur materia est humidus grossus: habens humorē aqueū et terreū conglutinosum non defacili separabilē q; hic ab igne aduruente cōprimitur et inspissatur in nube. ¶ Quid aūt virtutis habeat in tonando Jupiter omissis friuolis augurū verbis inter se repugnantibus dicim? q; sapientes philosophi Joui qui est vnus de septem planetis tonare attribuerunt. Cuius nulla est alia causa nisi q; Jupiter in sua habet potestate eleuare materiam fortium ⁊ siccorum vaporum. Et precipue quando fuit coniunctus in aliqua virtute cum Marte tempore estiuo in signis septentrionalibus. quia tunc potest certissime predici q; multe scintillationes et tonitrua fiant in aere ita q; periculum hominibus est venturū per aeris pestilentiam ex nimia ehoruscatione futura propter incensos vapores pestiferos immixtos aeri. Quia Jupiter cum sole eleuat eos: et Mars incendendo corrumpit eosdem ⁊ ita fit aer venenosus. Et hec de tonitruis et ehoruscationibus sufficiant dicta.

¶ Terre autem motus

vnde superius expedirum est de ventis per interpositionem quorundaem aliorum quibus vario modo sentire de terremotu philosophi sunt occasionati consequens est dicere de terremotu. Nam mouens terram in genere conuenit cum ventis: Conueniūt enim in mouente et in hoc quod vtrunq; est ex vapore terrestri simplici. Et dicendum est primo et presuppositiue ante declarationem textualem de magna diuersitate pro causa terremotus Magnorum etiam philosophorum. Quorum quidam causaz terremot? dixerunt esse ignem. De quorum positione primus fuit

Anaragoras

Posuit enim modum descendendi ignem et penetrandi in terra. et qualiter terram moueat. Dixit enim q; descendit immixtus nubibus. sicut videmus nubes frangi ignem emittentes et cum nube resoluta in materia terrestri descendit ad terram et per subtilitatem sequens naturam suā in qua descendit que est puluis vapori immixtus penetrat in terram. Ibi enim excitat estu ex terra quendam vaporem sursum quez cum cōsumpsit et fit liber nititur transcendere in altum et impetu suo corpora obuiantia concutit ⁊ conuellit. Aliquando autem mouet motu concussionis solum si conuellere non potest. Sic itaq; dixit ignem esse causam terremotuum. Sunt autem alij in parte cum Anaxagore conuenientes. Sicut est

Pitagoras

Et alij sequaces qui dixerunt q; ignis descendit in terram modo predicto. Sed cū descendit et clausus fuerit tunc terram cum humido quod in ea est bullire facit Sicut videmus q; bullit aqua in olla ad ignem quando olla est bene cooperta. Res autem que bullit mouetur. Et ideo fit terremotus in tali ebullitione. Adhuc autem est alius pro

Anaximenes

Qui ignem ponit esse causaz terremotus. Sed differt ab omnibus predictis. Dicit enim naturalem esse calorem terre et terram habere naturalem calorem quo viuit cat ea que nascuntur ex ipsa. Contigit enim terram senescere et per calidum deficere humidum ⁊ tunc simul etiam euaporare calidum. Terram autem dixit senescere sicut omnia alia senescunt. Antiquata autem conuelluntur ⁊ contremiscunt. etiā si nihil ea impellat sicut membra senum primo tremunt et postea cadunt et dissoluuntur ita et huiusmodi tremo

dem et conuulsionem terre antiquitate posuit esse terremotum siue tremat calore et humore naturalibus desicientibus siue cōuellat calore et humore in toto destructis. Et

Signum illarum opinionum

Quo inducti sunt ad probationem siue opinionis quia in terremotu frequenter inueniꝫ tur effectus ignis. Et hoc dupliciter quia aliquando cinis exiens cū impetu inuenitur de loco in quo est terremotus et loca subtus inueniuntur combusta. Aliquando autem videntur ardere quedam loca per aliquod tempus que postꝫ arsa sunt conuulsa inueniuntur sicut expresse apparet in quibusdā montibus vulcanicis qui postea cōruerūt.

Improbatio harum opinionunt

Hec philosophorum opinio ignem esse causam terremotus. et signanter per defectuꝫ est falsa. Nam ignis non descendit et si descenderet non esset. hec opinio eius que dicta est. Qꝫ enim non potest descendere probatur ex hoc. Quia nullum subtilis substantie corpus naturaliter descendit deorsum. Sed ignis est subtilissimum corporum ergo non potest per naturam propriam descendere deorsum. Et si dicas qꝫ non descendit per propriam naturaꝫ sed potius immixtus nubibus et vaporibus. Sicut dixit Anaxagoras qꝫ descendat in ipsa nube. Dico qꝫ hoc verum est patet de fulmine. Sed tunc non probatur qꝫ hec sit eius operatio. imo si veniret in terraꝫ in cauernis terre eleuaret aquas ad fontes suorum fontium. ¶ Preterea illud quod non est mobile ad latus non facit terremotum qui quasi semper est ad latus. Sed ignis non est corpus mobile ad latus sꝫ tantum sursum ergo. ¶ Preterea ꝫm hoc terremotus non esset nisi sursum z deorsuꝫ quod falsum est cum sepe per motum tremoris est vt infra tractabitur. ¶ Preterea si esset terremotus quedam terre ebullitio. Sicut est opinio Pytagore Tunc deberet fieri per motum protectiuum terre a loco maioris caloris sicut videmus in olla buliente quod a parte olle que tangit ignem aqua recedit ad partem postremam. Hoc autē non videmus fieri in terremotu. Si autem fieret in igne consumente inferiora et deficiente superiora sicut est in incendio domorum nunqꝫ fieret terremotus nisi per foueam in quā caderet terre superior pars. Hoc autem falsum est quia sepe fit ita qꝫ locus non nisi tremit. Quandoqꝫ autem fit per diuisionem terre a terra sicut narrant veterum hystorie qꝫ ossa montis aliquando continuus fuit monti qui vocatur olympus et per terremotuꝫ per longum spacium est ab eo diuisus. et aliquando Cicilia fuit Appullie et ex ea diuisa est per terremotum. Et sic Hispania aliquando fuit Affrice. et simili modo ferē ab ea interiecto mari diuisa sicut narrat Seneca libro naturalium questionū. Preterea Non est terremotus ex antiquitate terre. Nam in terra humecta et calida et molli frequenter accidit et illa non habet proprietatem eius quod confectum est per semuꝫ. Ita manifestum est igitur qꝫ hec philosophorum opiniones sunt erronee. ¶ Est alia philosophorum

Opinio

Ponentium aquam esse principium et causam terremotus. Et ille iterum sunt diuarticati. Nam ipsorum quidam vt

Democritus

Posuit aquam de Plutano recipi in ventribus terre que cum amplius recipere nō potest tunc fit ruptura terre propter violentiam et fit terremotus. Cum enim ipsa ex aliqua causa recipit additiones aquarum siue ex pluuijs cadentibus super terram siue etiam qꝫ aqua sub terra fluens per calum in ipsam alicuius magni corporis impeditur et redundat super ripam siue etiam quod sub terra iungitur ei aliqua aqua ex aliqua causa. Et ideo super ripam inundat tunc commouet terram que est circa et super eam propter hoc qꝫ artus est ei locus et impetu tunc concutit terram et motus ille est terremotꝰ Et in hac genere cause licet non in modo causalitatis est alter phus qui dicitur

Methadorus

Ciuitate vocata Chyus et hic dixit qꝫ terra aliquando post humefactionem vehemēter exiccatur. et ideo scinditur et postea cum venerit pluuia influit aqua pluens in cōcauitates eius et occultatur in ea et congregatur in aliquo loco tanta qꝫ terra natat super aquas illas et tunc postea declinat aqua sub terra ad concauitatem aliam et tunc terra que natauerat super aquam descendit vel declinat ad latus et illa concursio est terremotus. Ad hanc etiam sententiam sequitur Opinio

Thalis Milesij

Qui dixit totam terram esse subiectam humori et totum oceanum esse sub terra z superiorem terram esse cū sit aqua et ideo potari terram ab aqua. sicut quoddam magnum nauigium quod cum propter offensionem aque ex vento declinat ad vnam partem: et tunc fit terremotus. Omnes hec opiniones pro argumento siue sententie accipiunt id quod sepissime aque apparent in terremotu que antea non apparuerunt. Et iterum qꝫ iuxta mare et magnas aquas stagnantes multum frequentius fit terremotus. Imo in septentrione iuxta mare quasi continue terra tremit si fiat fortis cursus equi vel hominis super eam et tremit per totum motum qui fit super terram illam per longum spacium ita qꝫ rasa plena liquoribus effunduntur. et hoc vt illi dicunt est ex hoc qꝫ terra illic plus subiecta est elemento humido cū alia et mouetur ad latus licut nauis.

Improbatio harum opinionum

Unde philosophus ponit duas rationes que sunt contra omnes istas opiniones in communi. Quarum vna est Qꝫ si ex aqua esset terremotus tunc fieret terremotus in omni terra. Quia aut omnis terra natat super aquas vt dicit Thales. Aut infunditur aquis vt dicunt alij. Sed hoc est falsum. quia nō in omni terra inuenit terremotus. ¶ Secunda ratio quia si terremotus esset ex infusione aque sub terra tunc nunqꝫ siccus locꝰ humectari posset nisi terra ibi moueretur. Quod iterum patet esse falsum. quia locus siccus humectatur et humidus exiccatur abiqꝫ eo qꝫ fiat terremotus. Est autem specialiter contra Democritum quia si ipse verum dicit tunc loca fontium sepissime tremere deberent et hoc non inuenitur. ¶ Preterea nunqꝫ esset terremotus sine aqua. quod falsum ostenditur Nam tempore Herculis non aqua sed cinis exiuit de terremotu qui fuit iuxta choranthum. ¶ Contra Methodorum autem Chyum Ideo est qꝫ terra non est elementum cuius proprium sit natare super aquas sed potius terra descendit in aquis et ideo nihil est qꝫ dicit terram subiectam esse aquis et sēm aque curtum declinare. ¶ Contra positionem vero Thalis milesij est qꝫ naturalis ordo elementorum est qꝫ aqua sit super terram. ergo aqua non est integraliter nec quantam ad radicem prima in terra. ¶ Preterea subtiliori elementi maior est locus. Sed aqua subtilius est elementum cū terra ergo maior est locus aque cū terre. Ergo aqua non est in terra sicut dicit Thales milesius latius de hoc tertio metheorum. Post has Opiniones et roneas sequitur vera opinio de esse et causa terremotus ꝫm veritatem Et est opinio

Aristotelis

Que supponit qꝫ vapor est duorum generum scilicet vapor humidus et vapor siccus. Cum enim terra sit in natura sua sicca humectatur tamen cum pluit et iste tunc agente in eam. eleuatur ex ea vapor humidus et vapor siccus. Dictum est autem superius qꝫ vapor siccus a terra eleuatus est ventus. Nam ipse eleuatur ex terra per caliditatem solis peruenientis ad eam. Et ideo est radix ventorum et principium eorum Fructus est autem per duos modos. Nam aliquando est subtilis in superficie terre eleuatus. Et ille transcendit aerem et concutit ipsum. Aliquando autem extrahitur de profundo terre et est grossus non potens exspirare propter terre profunditatem z solidatem e iuxe

nis loca cōcauia subtus in terra et ille cohartatus in ventribus cōcauitatum terre fa' cit terremotum. Cum enim cohartatur aliquo similis generis vel diuersi veniente ad ipsum et comprimente eum agitatur in imis terre visceribus. Et hec agitatio vocatur motio terremotus. ¶ Q' autem nihil aliud elementorum possit facere terremotum q̄ ventus patet discurrendo per omnia quatuor elementa et primo faciendo considera tionam circa ignem. Nam ignis est subtilissimum elementorum. iij. celi. Et nihil exspi rat per modum euaporationis et mouetur tantum surlum sed nihil potest mouere gros sa corpora quod non est mobile ad latus. igitur ignis non facit terremotum vt̄s. Secū do patet hoc de terra. Nam in terremotu mouetur terra. sed nunq̄ est idem mouens t motum. vij. phi. igitur terra non est mouens in terremotu. Patet tertio de aere Nam aer sm se non facit hoc quia non mouetur nisi habeat mouens. et tunc oporteret q̄ illi aeri poneretur mouens nec potest tantus aer in terra contineri vt posset mouere terrā vt inquit Albertus. Quarto patet q̄ nec aqua principaliter saltem facit terremotum' quia aqua simpliciter descendit accidentaliter tamen cooperant aquam ad terremotum non negamus. Nam aqua solet terram perforare per que foramina terreus vapor idest ventus concutit terram. ¶ Ex his patet q̄ terremotus est operatio ventorum in ter ra clausorum. Et hoc patet ex operibus ventorum supra terraz. Nam videmus q̄ ve tus grossa corpora et dura in superficie terre commouet elidit atq; cōfringit. Preterea ignem exsufflando quandoq; extinguit. quandoq; magis inflammat accensa corpora. ¶ Preterea aliquando penetrat pozos terre et confricatis incendit ignem in ma' teria sulphurea et auri pigmenti insuper ventus mouet undas aquarum in plana maris superficie et procelle quandoq; consurgunt ex oppositis ventis in altitudine montium Hec autem omnia et similia ventus in superficie terre perficere potest sine dubio quia ventus ex grossiori vapore in visceribus terre generatus posset nedum mouere terram verum etiam aliquando euellere sm q̄ magis et minus confortatus fuerit vt sensui cō stat. ¶ Sed vnde venit talis ventus faciens terremotum. Calistenes vir in multis preclare intelligentie vult q̄ intra terram vbiq; per occulta foramina et etiam sub ma ri deinde obstructus fertur et mouetur et sibi terram occurrentem labefactat. Sed do minus Albertus respondendo dicit q̄ non ab extra sed intra terram ventus nascitur fa ciens terremotum. Nam sol non solum in superficie terre operatur. Sed etiam in imo et profundo. Cum et lunam videmus de profundo maris eleuare vapores quo mouet mare ad fluxum et refluxum. Cum itaq; terra a calore solis immutatur et immuta' tio terre est per euaporationem Ergo terra ex profundo emittit vaporem. Quod pro bat Albertus a simili. Nam calor in terra clausus videtur hoc idez operari quod calor naturalis operatur in cibo Sed calor naturalis est digestiuus et inducit ventositatez in corpore non ab extrinseco ingressam. ergo calor terre educet in ventre terre grossuz va porem et ventum qui facit terremotum t non ab extrinseco ingreditur sed intus in ter ra nascitur. Nihilominus tamen sm sententiam Senece extrinseco vento potest ven' tus in terra clausus confortari et comprimi et pori terre clausi frigiditate faciunt calo' rem terre descendere in profundum. inde facit talis calor euaporationem a quo ventus oritur et generatur. Et hec omnia presuppositiue pro maiori sequentium intelligentia sint premissa.

Notandum primo

De loco et tempore terremot⁹. Vnde dispositio loci terremotus est quod sit vehemēs in locis in quibus fortis percussio et aggregatio vndarum siue procellaruz maris t vbi sunt cauerne multe et latera cauernarum sunt molles terre. Naz in talibus locis magis frequentius cohartatur ventus q̄s in alijs locis. In locis enim concauis ad que venit p cussio procellarum maris ibi ex procellis percutientibus ventum in se ventus recludit et multiplicatur et ex humore maris vie ad redeundū includuit et tunc multiplicatus mouet locum qui est in circuitu. In locis autem cauernosis recipitur vndiq; ventus p viam terre veniens. Cuius signum est q̄ cauerne subterranee aperte semper ventū ex' spirant. Receptus autem in cauernis redire non potest propter alium ventum obuian' tem et ita multiplicatus in cauerna tandem mouet cauernam. Locus autem mollis est

qui diuidit et moueri potest. Soliditas autem lapidis si sit magna moueri et diuidi nō potest. Similiter terra sicca porosa est et paulatim exspirat quod est in ea de vapore ter restri. Sed mollis terra est que in profundo et in superficie insulam habet humiditatez opilantem poros eius. cum tamen non sit solida Et ideo ventum in cauerna claudit ne exspirat et facile moueri non potest. ¶ Ponit enim textus triplicem causam opilatio nis terre quia vel est locus non arenosus mari tamē propinquus sic q̄ fluxus et reflu xus maris semper fiat ad terminos illius loci et ita opilatur locus ab humiditate maris et concluditur vapor ne possit exalari cum humidum sit repletiuum porozum. Aut ta les pori locorum opilantur pluuijs multis et continuis replentibus poros. Aut tertio terra est solida et lapidibus continuata in quibus omnibus locis exsiccatur vapor a ca' lore solis subtus et non potest exire propter opilatos poros in superficie terre Quare multiplicatus in ventre terre et multiplicatus concutit et tremere facit ipsam. Et hec de locis in vniuersali. Nam sicut colligitur ex verbis philozophi spatium loci terremo tus est incertum. Dicit tamen Seneca q̄ vltra ducenta miliaria non inueniuntur aliquis terre motuū spacium terre occupasse. Et ex hoc amplius sequitur q̄ terre motus non semper est vbiq;. quia ventus subterraneus terremotum causans impulsus ad vnum locum et expulsus ab alio non potest totam terram mouere sed solum certaz partem ter re. Et hec de loco.

Notandum secundo

De tpe terre motus. In vere enim et autumno frequentius fit terremotus. Tempus enim sm aeris qualitatem operatur ad terremotum quod est multarum pluuiarum t etiam tempus sicce complexionis eo q̄ flatus ventorum subterraneorum plus est in te' poribus dictis q̄s in temporibus alijs. Causa autem huius q̄ in vere fiat terremotus. quia in tali tempore nives liquescunt et frigus adhuc stringit terre superficiem. et ideo non sinit euaporare id quod est in visceribus terre conclusum. Et signum huius est q̄ in vere plurima fit euaporatio ad radices terre et ideo tunc pullulant. Multiplicatis ergo euaporationibus sub terra solis calore propelluntur ad loca cauernosa et ibi mul tiplicantur et terram pulsant. In autumno autem propter declinationem solis et calo ris euaporatio grossa fit a terra Et quia terra supra arida est ex calore solis precedente qui resoluit humidum ideo in imo terre remansit humidum terram continuans tantuz et ideo euaporat in ventum. Et signum huius est q̄ in autumno flant venti fortes et multi cum ergo euaporatio illa in terra tenetur et detruditur ad loca cauernosa. et ibi multiplicatur continue et generatam sibi materiam mouet et impellit terram. In esta' te autem fit terremotus rarissime sicut et in hieme. Ratio primi. quia vehemens calor et vehemens frigus abscindunt materiam ventorum nisi aliquid loci operaretur in con trarium. Calor enim consumendo humidum incinerat terram et aperit vndiq; poros eius ita q̄ nihil retinetur in ipsa et in superficie eius quasi nihil euaporat et ideo abscin dit ventos. Si tamen esset humidum fluens claudens poros terre t ventos multos in profundo tunc calor multus moueret ventum et rumperet locum quia euaporatio sub tiliata locum quereret maioris capacitatis et ad alium locum propter humidum clau dens poros declinare non posset. Talis autem terremotus esset cum ruptura magni so' ni sicut sonus tonitrui. Ratio secundi scilicet q̄ in hieme raro fit mot⁹ terre. quia mag num frigus abscindit ventos Eo q̄ comprimit partem cum parte. Et talis compressio impedit euaporationem ergo deficiente euaporatione deficit flatus ventorum subterra neorum et per consequens terremotus.

Notandum tertio

De diuersitate terremotus et eius duratione. Quidam em terremotus est p modū tre moris in quo terra recedit frequenter a situ suo t redit ad eūdē. Alius aūt est tremagnus son⁹ corpis confricantiū adinuicē in aere. t est son⁹ fractionis t iste nūq̄ est sine scissura loci inferioris vel exterioris. Accidit aūt hec diuersitas ex diuersitate agitationis vēti occulti in terra q̄ sicut accidit tremor in venis animaliū ex humore dissoluente organū

vel ex ventositate extrudente ipsum extra situm proprium et virtute reducente ipsum in situ naturali et sit talis tremor ita diu donec virtus expellit ventositatem a membro ita sit in loco. Quando enim est ventositas non multa incertum habet motus et tremit donec inuenit locum quo deuertat vel per quem exeat. Quando autem magna est et sic ea confricat corpora et frangit ipsa et excitat sonum fractiuum Et exemplum huiusmodi est de ventositate sicca in ventre hominis clausa. Hec enim quando est parua tremorem facit viscerum. Quando autem multa et sicca exit cum sono et diuidit superfluitatem siccam sibi obuiantem vel quandoq; exit ipsum cum exitu suo. ¶ De modis autem terremotus ita dicit Posidoneus philosophus duo genera sunt motus quib⁹ mouetur terra vtriq; nomen proprium. Alterum successio est cum terra equaliter et sursum ac deorsum mouetur. Alterum est inclinatio cum narat de vno latere in aliud more nutigij. Et his generibus duobus (vt Seneca dicit) addendum est tertium quod est dictum ab antiquis tremor terre cum terra quatitur eo modo quo homines quatiuntur tangente frigore et quasi paralisi dissoluente membra. Conuulsio enim terre momentanea est et parum durat. Casus autem siue ruine causa est duplex scilicet Scissio ex siccitate proueniens. Aut etiam corrosio ex continua abrasione fluminis vel aque ibi transeuntis. Inclinatio tamen periculosior est quia illa trahit terram. versus cauernam in vna parte et in illa frequenter fit casus in cauernam in parte qua inclinatur et subuerso terre in altera parte in qua fit eleuatio. ¶ Est insuper dicendum de mora et duratione terremotus. Cuius scientia accipitur ex dispositione vaporis ex quo accidit terremotus et ex dispositione loci in quo accidit. Accidit enim quandoq; terremotus ex vapore magno et forti et moratur forte per .1x. dies in quo excitatur et quiescit Et forte moratur per annum excitatus aliquo tempore. et aliquando quiescens aliquando min⁹ aliquando plus moratur. Causa autem magnitudinis more consideratur in spissitudine venti facientis ipsum et in modo permanentie venti illius. quia forte semper regeneratur materia et forsitan non regeneratur et ꝛm quod diutius permanet vel citius transit Consideratur etiam in dispositione materie venti quia forte est calida et acuta et forte ē frigida hebes et lenta. Si enim est calida et acuta citius transit et fortius mouet et frequentius scindit locum. Si autem est frigida et lenta diutius moratur Et mouet post aliquos dies et iterum quiescit sicut febris quartana. Consideratur etiam mora terremotus per accidens in dispositione loci in quo est. Aut enim est valde profundus. aut non longe a terre superficie Et siquidem est profundus tunc quantum ad hoc habet causaz q̄ diutius duret. Si autem est iuxta superficiem nisi aliquid aliud impediat citius euaporabit Et est simile si aqua concludatur in vase spisso moratur tempore longo anteq̄ resideat ex ipso. Si autem sit vas tenue cito residabit. Et ita patet de vtroq; tempore scilicet et duratione terremotus.

Erre autem motus causam materialem habet scilicet Vaporem siccum grossum et valde terrestrem. ¶ Causam autem efficientem habet calorem solis penetrantem in profundum sine in ventrem terre. ¶ Locū autem generationis habet terram opilatā in superficie. ¶ Redeo igitur et distinguo hec tria incipiendo a loco Locus igitur opilatus est tribus de causis. Aut quia non est aperosus: mari tamen propinquus: ita tamen q̄ fluxus et refluxus maris semper

sunt ad terminos loci ipsius. Et sic opilatur locus ab humido maris et sic concluditur Vapor q̄ non potest evalari. quia humidum est repletiuū pororum. ¶ Aut opilantur pori pluuijs multis et continuis replentibus poros. ¶ Aut si terra est solida et continuata sapo. In his autem locis exsiccatur Vapor a calore solis subtus et non potest exire propter opilatos poros in superficie. Et ideo multiplicatur in ventre terre ¶ Materia autem terremotus cum sit terrestris Vapor diuiditur per multum et paucum: grossum et subtile: calidum adustiuum et frigidum temperatum. ¶ Ex his ergo duobus scilicet loco et materia: concluditur tempus egressionis et terremotus effectus. ¶ Temp⁹ igitur terremotus egressionis frequenter est tempore equinoxij. Quia tunc multiplicatur materia ventorum extra et intra terram et sic multiplicata scinditur terra et egreditur Vapor. ¶ Vidimus terremotum magnum et longo tempore durantem Et in Lumbardia. qui fuit citra tropicum hiemalem. Et hoc accidit ex eo Quia materia fuit multa in terre profundo et pori isto tempore valde opilati sunt in terra ista Ita q̄ non potuerunt euaporare paulatim et ideo mouit se sepe. Erat autem Vapor calidus valde et diffusus per latitudinem ipsius prouintie Et quia erat calidus valde et in die frequenter quieuit. Et tunc a sole subtiliabatur ita q̄ non poterat mouere terram. Nocte aūt noctis frigore inspissabatur ita q̄ tūc valuit terrā mouere et ideo precipue mediis noctibus veniebat et durauit fere per dies quadraginta. ¶ Tempore autem diurno magis est de mane et meridie q̄ in alio tempore diei. Et magis in nocte fit q̄ in die. nisi per accidens aliquando eueniat. ¶

Liber quartus

quãdo enim vapor calidus est tunc frequenter nimis subtiliatur in die et inde inspissatus mouet terram in nocte. ¶ Si autem sit frigus et paucus tũc stat in nocte. Et quia paucus est primo respectu solis subtiliatur in mane et mouet terram. Si vero est frigidus multus ⁊ spissus tunc non subtiliatur ad mouendum nisi sole confortato super ipsum in meridie. ¶ Egressus autem

Vnde ante diuersitatem diuersorum effectuum terremotus premittit diuersitatem vaporum egredientium ⁊ causantium terremotum. Nam quandoq; talis vapor egredies est paucus et subtilis et pori terre sunt larꝫ et ampli Et tunc talis vapor egreditur terram sine sono paruum faciens tremorem. Quandoq; autem subtilis est et paruus sed pori terre sunt stricti seu clausi et tunc egrediens facit sibilum quendam cum paruo tremore. Quandoq; vero multus est et spissus et pori stricti sunt et clausi. et tunc vel est frigidus non adurens Aut calidus adurens. Et tunc facit aliam diuersitatem vt supra visum est. ¶ Preterea talis vapor capit etiam diuersitatem ventorum aut ductuum oppositorum. Sicut Aquilonis et Austri. vel Subsolani ⁊ Phaonij vt latius in textu.

Notandum primo

Quo ad effectus vniuersales terremotus: qui sunt in diuerso modo mouendi terram quem concutit. Nam aliquando mouet motu ag tattenis. modo ad dextram modo ad sinistram qui motus agitatuus causatur a vapore non multo et lateribus fortibus ipel unce. propter quod accidit q superior pars pereat de latere in latus ⁊ ibi repercussus vapor redit ad latus. ¶ Aliquando autem concutit terram motu subuersionis. subuertendo terram. ita q inferius facit esse superius et econuerso. ¶ Aliquando autez scissuo faciendo tantum aperturam vnam in ipsa et hoc causatur a vapore sicco calido Quia scissio est effectus siccitatis. Et est simile de ventositate multum sicca et calida. Que aliquando scindit interna. ¶ Quandoq; autem mouet motu peruolatiuo faciendo plurima focamina non magna in terra. Et talis motus causatur a vapore dispso qui no est in spelunca vna et terra que non est equal ter superius compacta. quia illa diuisibilis est alicubi et alicubi non diuisibilis. et ideo sparsus vapor alicubi diuidit eam et alicubi non diuidit. Aliquando autem mouet motu tremulo sine motu tubationis quando eritum vsturalem egreditur et statim redit ad eundem. Et talis motus tremulus causatur a vapore debili quandoq; mouente et quandoq; nõ qui non per totum potest mouere terram. Et ideo continuitas loci retrahit terre superficiez et vapor extrudet eam aliquantulum. ertdeo recedendo tremit a situ naturali et redeundo. Aliquando autem mouet motu ruinoso. quando superior pars terre cadit in profundum. Et talis motus ruinosus causatur a duabus causis. Aut enim sit ab aqua que corrodit fundamenta superficiei terre. Aut fit ex igne terram subtus comburendo. Et quoquo modo stat semper cadit superior pars in profundus subrus exesum. ¶ Aliquando autem mouet motu impulsiuo quando superior pars terre longe repellitur a situ suo ⁊ loco. Et talis motus impulsiuus fit quando est vapor multũ impetuosus precipue ex caloze. Tunc enim proiecit ea que impellit et talis motus quandoq; proiicit montem vt partem montis non directe in vallem sed ad latus vel locum ad quẽ dirigitur impetus venti et cooperit ibi villas que sunt in valle. ser aliquando homines impellit ante se et aliques interficit et alios operit terra vel lapidibus quos impellit. Quandoq; autem mouet motu vectionis vt quando superior pars ab inferiori vehit. Talis autẽ motꝰ accidit quando inferior pars terre sequitur iplaz et tunc vehunt domus ⁊ agri de loco ad locum et homines cum ipsis. Aliquando autem mouet motu depressionis et elevationis vt quãdo superficies terre modo elevatur et modo exaltaꝫ et accidit talis motus a multo vapore et a lateribus fortiꝫ loci. Tunc enim eleuat superiorem partem loci et cum exspirat aliquid de vapore residet: et cum iterum generatur vapor iterum locus elevatur et sic semper elevatur et deprimitur donec exspirat vapor. Si autem per superiora vapor exspirare non poterit tunc continue elevatur vsq; quo scinditur Et tũc egreditur vapor cum pulvere vel cum aqua vel cum igne vel cum sulphure. Est autẽ possibile vt ruina terre vel montium accidat sine vapore ventoso. Ruũt enim montes dupliciter de causa sine motu per ventos. Quarum vna est q radices eorum abraduntur aliqua de causa et tandem quia fundamenta non habent cadunt in toto vel in parte. aliꝫ quando autem eo q multum elevantur exsiccantur et in sublimi scinduntur in quas scissuras ingredientes aque currentes cum impetu deijciunt partem scissam a reliqua parte montis et cadit magna pars vel modica secũm proportionem scissure illius. Et hoc modo cecidit mons magnus in montibus qui sunt inter Tridentuꝫ et Veronã ciuitates ⁊ cecidit in flumine quod dicitur Athesis et super ripam eius oppressit villas ⁊ homines ad longitudinem trium vel quatuor leucarum. ¶ Hec de effectibus terremotus in mouendo locum in quo est.

Notandum secundo

Q; alij sunt effectus terremotus circa insulas. Primus est q aliquando motus terre facit apparere novas insulas in medio maris antea non visas. Sicut exemplificat Dominus Albertus de duabus insulis. Therem scilicet ⁊ Thertem suo tempore in Echeo mari recenter natas et nemo dubitavit quin eas spiritus in lucem vexerat. Nam secũm Epicureos nihil in natura est potentius. nihilq; acrius spiritu ventoso sine quo etiam actuissima parum prosunt aut possunt. Nam ⁊ ignis ventoso spiritu confortabitur. Secundus effectus est q aliquando insulam in vno loco stantem vehit ad alium vel totaliter submergit. Plinius in secundo capitulo. lxxxvij. dicit Quicquid de natura in terremotu in vno loco abstulit tantum reddit terre in alio loco: ¶ Tertius effectus est q motus terre nouos potest extollere montes Quia spiritus clausus in loco terre viscose cuius partes non desecti separantur sic eleuat partes terre instar colli et partes humidiores et molliores illius terre exsiccantur et in lapides indurantur et vltimo in montem conuertuntur. vt antea notatum est. De reliquis vero effectibus iuxta dispositionem vaporum et locorum est textus clarus et apertus. Adiungens tamen hoc q si est vapor oppositus alteri vapori tunc hoc valde incautum erit. Naz tunc facit voragines profundas et hyatus. Immo quandoq; vnus ventus mouet aquam venientem a parte vna et alius venientem a parte alia. Et ira inducunt ex concursu ipsorum diluuium particulare precipue quando obstruuntur fluuiorum hostia ad fluxum consuetũ vt ponit exemplam de terremotu in textu de castanea et ouo. Quod require similiter supra capitulo de tonitruis. ¶ Scias autem duplex fore diluuium scilicet Vniuersale quod totam habitabilem terram submersit vt tempore Deucalionis quorum alterum est aquarum quod fuit tempore Noe. vt habetur Genesis. vij. vbi dicitur Et deleuit deus omnem substantiam que erat super terram ab homine vsq; ad pecus. Aliud est ignem et illud erit in iudicio finali cum elementa et elementata purgabuntur. vt Ysaie capitulo. xvj. tunc figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit. sicut factum est mundanorum aquarum inundatione diluuij. ¶ Unde conflagratio nihil aliud est q congregatio omnium causarum superiorum et inferiorum que ex propria natura habet ignem virtutem que congregatio non naturali cursu rerum sed virtute contingit diuina. ¶ Aliud autem diluuium est particulare. quod partem terre submersit Et de hoc Isidorus libro. xiij. capitulo vltimo. quod est triplex aquarũ de illo Aristo. ij. methe inquit. Vbi autem simul cum terremotu ignis facti fuerit cursus quando contrarij facti sunt spiritus idest venti. Aliud est ignem quod fuit tempore Loth. vt habetur Genesis. xix Igitur dominus pluit super sodomã. ¶ Tertiũ est aeris vel ventorum. De hoc Auicenna in libro de diluuijs tale in Persia cõtigit.

Summularum Alberti

Liber quartus

Notandum tertio

Q⁹ signorum quedam precedunt terremotū. Quorū primus est q⁹ ventus ante motū terre est quietus in superficie. quia tota materia ventorum fertur in profundū et quasi nihil eius exspirat. Et hoc signum habet veritatem tempore et loco vbi ꝛm naturam venti deberent generari. ¶ Secundum signum est q⁹ est frigus in aere precipue in diluculo quia calor terre qui cum sole eleuat ventum et facit ipsum moueri sub terra naturale frigus terre ad superficiem eius exteriorem expellit et ita infrigidatur ante terre motum. Signa autem que concomitantur terremotum sunt duo. Primum est sonꝰ qui non quiescit aliquando donec terra sit lesa et tunc exit ventus cum sono magno sicut probant hystorie veterum. Q⁹ tempore regis Herculis fuit terremotus in quibusdam insulis iuxta chorinthū. Fuitq⁹ terremotus a finibus vltimis illarum insularū et collectus est ventus subterraneus in vnum locum quem eleuauit ad altitudinem collis et cum multiplicaretur in colle suo ventorum collectio tandem tumor collis ruptus est et exiuit inde ventus validus qui tantum cineris exsufflauit de colle super ciuitatem vicinam q⁹ destruxit eam et oppressit. Sicut apparuit longo tempore post quando regnauit Alexander filius Philippi Macedonis. Audiebatur autem tunc sonus ante terremotum in illo loco et in exitu venti de colle. Causa est quia ventus collidebatur ex impulsione maris vndiq⁹ percurrentis illas insulas Et ex collisione ventorum in cauernis terre ad corpora solida caulabatur sonus ille. Causa vero cineris fuit. q⁹ caliditas que eleuauit vaporem illum et mouit confortata fuit ex repercussione frigiditatis maris et cum clausa esset et congregata combussit ea que erant in circuitu terre et redegit ea in cinerem et exsufflauit ipsum ita vt si ibi fuisset materia sulphuris et auri pigmenti fuisset incendium in illo loco. Sonus autem qui est in terremotu variatur. Et vt in plurimū quatuor habet differentias. Nam aliquando est sicut sonus aeris inundātis ex multo vento. Et hoc fit quando cauerne sunt magne et vapor adhuc non multum se comprimit. Aliquando autem sonus est sibulatiuus. Et hoc est quando vapor expressus p paruos riuolos moueri compellitur cum impetu. Aliquando autem est sonus collisiuꝰ Et hoc fit quando corpora dura forti vento commota colliduntur se ad inuicem. Aliquando autem sonus est fractiuus Et hoc fit quando retineri amplius vapor non potest sed incipit frangere obstantia et querere exitum. Et illorum sonorum primus et secundus ante terremotum sunt. Primus quidem in principio motus materie ventorum. Secundus autem in augmento. Tertius vero in ipso terremotu. Quartus in cōsumatione ipsius. Et considera q⁹ aliquando omnes isti soni sunt in vno terremotu. Aliquando aūt non sed duo vel vnus. ¶ Aliud signum sequens terremotū est tenebrositas solis per nubes inaquas in aere stantes. Nam vapor est fuliginosus et niger Ex quo oritur morꝰ terre igitur egressio eius de terra tales facit nubes et sic sol denigratur q⁹ non potest penetrare suis radijs et ergo sol luna et alie stelle vise per talem aerem apparent vt sanguinis ad nigredinem vergens. etiā pestilentia communiter sequitur terremotū.

¶ Egressus autē eius quando est pauens et subtilis et terre pori sunt laxi tunc exit sine sono et non producit nisi paruum tremorem. Si autem est subtilis et paruus et pori terre sunt obstricti tunc ducit cū tremore paruo quendā sibilus. Si vero multus est et spissus et pori terre constricti sunt. tunc aut est frigidus non adurens. aut calidus adurens.

¶ Item aut est vapor vnius venti principalis aut duorum oppositorum

rum vt aquilonis et austri vel subsolani et phauonij. ¶ Item aut est in loco vbi sunt aque vel vbi non sunt aque. si est vapor nimis frigidus in loco non aquoso multus et pori terre constricti sunt eleuabit terram ita q⁹ videbitur mons vel collis et si non proiicitur ad alium locum ex impetu tunc residet iterus vapore egresso in toto vel in parte. ¶ Si autem est frigidus et multus in loco opilato vbi sunt aque. tūc si sint aque in superficie absorbet eas vsq⁹ ad tempus donec resideat quod eleuatus est. ¶ Ex hac causa accidit quod pro miraculo habitum est. in partibus nostris Necaro fluuio circa villam Leyson ibi absorbtus fuit Necatus per vnam leucā per diem vnum et non sentiebatur manatio aque super istam leucam. eo q⁹ in loco terremotus absorbebatur aqua et egrediebatur post illam leucam et iterum residente fundo manabat vt pri⁹ Et ego eodem tempore superueniens inueni hoc factum ex terremotu. Si autem aqua fuerit in profundo terre et tunc quandoq⁹ terram proicit et facit eam apparere vt foueam. Si autem vapor siccus est et adustiuus et in loco opilato et non aquoso tunc egrediens exsufflat multum cineres exuste terre ita q⁹ quandoq⁹ cooperit ciuitates vicinas destruendo eas. Etiam quandoq⁹ tam ille vapor adustiuus q⁹ frigus precedens terram vel cineres proiciunt in fluuiū et cooperiunt ita q⁹ videntur absorbere ipsum. Et quandoq⁹ etiam in obstruendo fluuios in vna parte cogunt aperire in alia. ¶ Si autem est vapor oppositus alteri hoc est valde incautum quoniam tunc facit vorragines profundas. Et quandoq⁹ vnus ventus mouet aquam venientem a parte vna et alius venientem a parte alia. Et inducunt ex concursu diluuium particulare. et precipue

¶ Sensuū duo sunt magis necessarij. Gustus ad discernendū cibum a nociuo. Tactus ad discernendū ea que corrūpunt corpus exterius ab eis que saluāt corpus. Vnde fugimus cōbustiuū siue cōbustionē q̄ corrūpit ¶ Olfactus aūt: Visus: auditusq̄: sunt de bene esse animalis Vt dicit pħūs in fine. iij. de aīa Et forte propter hoc natura ita ordinauit ꝙ in illis duobus qui sunt necessarij. est mediū intrinsecū. ne ex pte medij posset esse defectus. Alij aūt sensus habēt mediū extrinsecū. Vnde ꝙ sensus Visus quādoq̄ nō videat cōtingit. q̄ ibi nō est mediū illuminatū. Ex aūt illi tres sensus faciunt ad bene esse animalis manifestū est. Duo ār ex his necessarij sunt ad habēdū sciētias ꝑm duos modos. ꝙ quos doctrina habetur sez ꝙ doctrinationē. et sic necessārius est auditus ad īmediate recipiendū sciētias a doctore. Alter est necessarij? ad inuentionē scie ⁊ sic Visus deputatur. Licet etiā inseruiat huic modo habēdi sciaz qui est ꝙ doctrinā sed hoc est scriptis intetueniētibus. ¶ Visus aūt facit ad inueniendū scientias. Videt hoc̄ni ꝙ homo vniuersa videt pulchra ⁊ turpia. celū ⁊ stellas ⁊ sic de singulis vult inquirere ⁊ inuestigare naturas et causas earū. ¶ Preterea inter omnes sensus iste sensus Visus facit magis ad scientiā Et scientia generatur ꝙ abstractionē speciei ab obiecto quod patet in potentijs sensitiuis interioribus. quoniam phantasia denominatur ab illius actu. Et sensus cōis dicit video me videre. Olfactus aūt inter omnes sensus minus est necessarius. q̄ facit tantum ad sanitatē. q̄ sentit et tangit aeris corruptiones. Et dicitur ꝙ plus aer noceat corruptus ꝙ cibus corruptus. Itē ad sciētiā facit occasionaliter

siue per accidens. Odorifera enī cū odorantur cerebrū confortant. Confortatio aūt cerebri ad ratiocinandū prodest et de hoc non est dubium.

¶ De primo nunc dicendum.

Vnde multi opinati sunt colorē esse proprijū et adequatū obiectū visus quā opinionem dñs Al. reprobat duabus rationibus Quarū prima stat in hoc ꝙ proprijū ⁊ adequatus obiectū debet per se mouere sensus. sed color nō de per se mouet sensus sed virtute lucis a qua actuat. q̄ per lucē color reducit ad actualē derivationē ſpērū de se. qđ ablaz luce nō facit. Secūda ratio stat in hoc oē visibile est colorat̄. sed color nō est coloratus igit nō est obiectū visus. et ergo autor ponit suā propriā opinionē dicens ꝙ proprijū et adequatū obiectū visus est lucidū. nā p se mouet visum et oē visibile quodāmodo est luc̄dum. vbi

Notandum primo

Q? color capitur dupliciter. Vno mō proprie vt est qualitas secunda generata ex qualitatibus primis. et sic albedo et nigredo dicuntur colores. Et illo mō color nō est proprijū et adequatū obiectū visus. Nā multa videnť que nō sunt colorata sicut corpa celestia que nō sunt colorata cū celū non sit susceptiuū peregrinarū impressionū. Peregrina enī impressio est que nō venit nisi corpi sentibili et alterabili sm̄ Alber. j. metheo. Celū aūt nō est alterabile neq̄ aliquo mō passibile saltez corruptiue. Alio modo capitur cōiter ingtū extendit se indifferenter ad lucidū vel ad qualitatē secūdā ex primis qualitatib? gratam et sic est proprijū obiectū ipsius visus. Et hoc modo cōuertitur cū ipo visibili. ¶ Et ponit dñs Al. incidentaliter differentiā inter lucē lumē splendorē colorē et radiū. Et est ista differentia. Nā lux ꝙ dicit qualitas prout est in proprio subiecto vel in corpe luminoso sicut in sole luna vel aliis corpib? luminosis. Lumē vo dicit prout est in medio transparente siue diaphono siue in aere vel aqua. Splendor vero dicit prout est lux reflexa a corpe denso et bene polito sicut est in speculo vel hmōi corpore ereo. Color vero dicitur prout est in corpe mixto opaco et termināto hoc est nō transparente. Vnde color est qualitas secūda resultans ex cōmixtione primarū qualitatū exis in superficie corporis terminati participans aliquid de luce. Sed radi? dicitur lux directa vel color directus sic ꝙ species lucis vel coloris directe a corpore lucido et transmisse vocantur radij. et ita Radius est terminus cōnotatiuus connectens vltra lucē vel colorem directionē recte. Sicut virtus connotat super gratiā ordinatio. em q̄ virtus dicitur gracia ordinata ad opus.

Notandum secundo

Q? mediū per qđ fit visio est corpus transparens et illuminatū. Que enī sunt ꝓditiões requisite ad hoc mediū. Dzia ꝙ sit corp? trāsparens ⁊ in hoc excludunt corpa opaca vt terra lapis. Scda ꝙ sit illuminatū et sic aer l cet sit corpus transparens. nō tū semp fit visio vbi aer nō est illuminatus. ¶ Et nō solū illa duo elementa sez aer et aqua sunt mediū per qđ fit visio sed etiā quedā corpora mixta vt glacies vitrum ⁊cij. Similiter corpus celeste qđ licet nō sit mixtū nec corpus elementale est tū transparens per qđ visio. Vnde ad experientiā ꝙ visum cognoscitur vltima spera in celo vt est spera stellata ⁊ per ꝑs oportz ꝙ oēs alie spere septem planetarū (similiter spera ignis per que oīa cognoscit octaua spera) sint transparentes et diaphone. In quibus etiā magnitudo ipsarū excellens nō impedit visum. Est em̄ vna spera stellarū in magnitudine plus ꝙ centum miliariū tota igitur opacitas est tale impedimentū que nō est in celo. Vnde ꝑz conclusiue ꝙ mediū visus est aer sm̄ qđ est perspicuus et clarus seu diaphonus. Ideo dicitur. ij. de aīa. ꝙ omnis color est motiuus diaphoni. sm̄ actum.

Notandum tertio

Q? ad organū visus tria concurrunt sez pupilla. humor cristallinus et nerv? opticus. Pupilla em̄ est quoddā aggregatū ex pelliculis oculi in quibus continet humor glacia

lis. Et sm Isidorū libro. xij. c. ij. est mediū puncti oculi vbi est vis videndi in qua qz parue imagines vident pupilla appellat. Et ideo debet esse pura ⁊ impolluta sic puella Humor vero cristallinus est quidā humor subtilis cōtentus in pelliculis dispositus ad modū cristalli. Est em triplex humor in oculo scz albuginis vitrinus ⁊ cristallin⁹ ⁊ sm hoc apparet triplex color scz albedo viredo et nigredo. Albedo significās hūorē albu⁹ ginis. Viredo significans humorē vitrinū. et nigredo decimās ad blaueū significans hu morē cristallinū. De quibus videat Johannici⁹ et Petr⁹ de Ebano probleumate. xi. ar. x. et lati⁹ circa de sen. ⁊ sensa. ¶ Neruus vero opticus est neruus protēsus a ce rebro vsqz ad oculos ⁊ nō est simpliciter vn⁹ neru⁹ qz sunt duo oculi sed in pte est vn⁹ et in pte diuisus. Vñ talis neru⁹ versus oculos diuidit in duos neruos in frōte quēt ētes in vnū p modū crucis et versus cerebrū talis neru⁹ est vn⁹ sed vsus organū ē duo nerui. Et hec est cā quare res vna vīa duob⁹ oculis nō apparet due res. nā spēs illius rei quēiūt in nerus anteq̄ veniūt ad sensuz cōez. Et ido representant vnā et nō duo et nisi nō sic ordinasset nūq̄ posset videri et iudicari aliqua res vna determinate.

Lucidum ⁊ obiectum visus.

E primo nunc dicendū Obiectū enī Visus nō est color. Color enī est imutatio Visus ꝑm actū lucidi Multa ei videtur que colorē nō hnt sicut celū aqua et similia. Unde credimus q̄ lucidū set Visus obiectū: nec color est obiectū Visus nisi ratiōe lucis que est ibi. Un de luy est in proprio subiecto quod est corpus luminosuz. Lumē vero est in diaphono vel transparēte. Splēdor vero est in terso et denso. Color vero dicitur esse in mixto corpe. Radi⁹ ät addit supra lucē directionē q̄ radius est luy directa sicut Viet⁹ est addēs supra gratiā opationē q̄ Vir tus est gracia ordinata ad opus. ¶ Mediū eius est aer. Instrumētū sive organū quod dicitur magis proprie est ocul⁹ ad quē deuenit nerus opticus protēsus a cerebro vsqz ad oculi pupillā. Et ideo spirit⁹ Visibi lis qui est in nervo isto recipit ab hūore cristallino coloris speciē que ē i pupilla et defert eā ad sensuz cōem. ¶ Obiectū aūt audit⁹ Vī proprii et adequatū obiectū auditus est son⁹ q̄ per se ⁊ imediate immutat auditū Est aūt sonus nihil aliud nisi aer vehementer fractus ⁊ ipulsus seu diuisus p motū vio lentū corpm solidorū fortiter admicē percussorū. Vel sm alios son⁹ nō est aliud q̄ qua litas sensibilis proueniens ex fractione motus aeris et ens cū illo. Dico qlitas sensibilis propter sensum audit⁹. ⁊ dico ex fractione mot⁹. qz nō quilibet motus aeris facit sonū sed motus frangens aerē anteq̄ diuisibilis sit per naturā. Et dico ens cū illo. qz sonus nō hz esse nisi q̄ diu durat ille mot⁹. Per quā diffinitionē tangunt effitiēs ⁊ forma ⁊ fi nis et ꝓmanentia. forma em ⁊ finis tāgunt per hoc q̄ hz qualitas sensibilis sensui audit⁹ Per hoc vero q̄ dicit proueniens ex motu fractiuo aeris. tangit effitiens ⁊ mā. Sed ꝓ hoc q̄ dicitur ens cū illo tangitur permanentia eius in esse specifico.

Visus medium. Instrumentum.

Notandum primo

Pro speciali gratiene soni. q̄ ad eā tria cōcurrūt scz pbm. ij. de anīa. scz verberās ex istens leue ⁊ durū verberatum similiter ex nis lene durū et cōcauū et mediū qō ido re quirit qz verberans motu locali ferē ad verberatū Sed motus localis sit p mediū. vj. phī. ⁊ xj. metb. Ad hoc aūt q̄ sit notabilis sonus requirit primo q̄ verberans ⁊ verbe ratū debent esse corpora lenia. Nā tūc aer accipit equaliter et vniformiter. Secūdo q̄ verberatū sit corpus cōcauū. Nā tunc multū recipit de aere et fit magnus sonus ⁊ no tabilis. Tertio q̄ illa corpa dura se percuciāt velociter et violenter qz si tarde tunc an te percussionē dissolueretur aer et nō causaretur sonus. Et talis sonus ita causatus dif funditur ad auditū per modū circuli alicui⁹ spere. Primo em mouet priorē prē aeris ⁊ hec ps mota mouet sibi pro ximā succedentē. ⁊ ita ꝓtinue vsqz ad vltimā partez aeris que tangit meringā hoc est pelliculā includentē aerē cōnaturalē et auribus inplantatū Et fit tūc ꝓceptio soni. Prz a simili de projectione lapidis in aquaz vbi primo generā tur circuli pui. et postea magni et iterū maiores quousqz durat virtus impellentis. et cū tales circuli prouenīt ad aliqd obstaculū vt ad lict⁹ tunc generant alij circuli oppo sito modo se reflectentes versus primū circulū. Cū aūt virt⁹ impellentis roraliter eua nerit tunc etiā generationes circulorū cessant. Sic similiter est de generatione soni pri marij et secūdarij qui dicitur echon vt latins. ij. de anima.

Notandum secundo

Qz ad auditū concurrit duplex aer scz extrinsec⁹ qui est extra organū ipsius auditus in quo geritur sonus factus per ipsuz corpus sonans. Secūdo requirit aer intrinsecus in clusus in quadam pellicula auris qui est cōnaturalis aer eo q̄ cōnascit animali. Et ad talem aerē requirit Primo q̄ sit immobilis. i. firmiter inplantatus auribus. Nā habet se tunc sicut quoddā motū et pcussum. Secūdo requirit q̄ talis aer in se non habeat so num. Nā illis quibus aures sonitant ac si quis cornu i eis sillularet nō audiunt vt ma le. Quando ergo talis aer est fortiter inplantatus et sm se caret omni sono tunc multū abilis est ꝓ perceptione soni et talis aer connaturalis non est medium ipsius audit⁹ sed solū aer extrinsecus in quo est corpus sonans qui aer sic cōtinuat aeri interiori ita q̄ tāgat eū inclusū sic in tali timpano auris. Potest etiā aqua esse mediū audit⁹. Nā indu bie pisces in aquis audiūt. Pre erea homo sub aqua audit sz valde difficulter. qz aer fra ctus nō bene subintrat aquā. Et qz species soni nō sunt ita subtiles. sicut species colo⁹ zis ido difficulter penetrant aquas propter fortē resistentiā. Sz qz in aqua nō ita facili⁹ fer cātur sonus sicut in aere. Ideo cōiter dicit aquā nō esse mediū causandi sonū

Notandum tertio

Q⁹ organū sive instrumentū audit⁹ est timpanū auris hoc est meringa in interiori con cauitate auris et eius profunditate situata. Que meringa est quedā pellicula seu follicu lus quidaz instar campanule dependens plenus aere connaturali sibi ad quē si venerint species soni per aerem exteriorē et nerui protensum a cerebro continentem spiritū au⁹ dibile tunc fit auditio. Et si pellicula illa rumpitur tunc aer inclusus diffunditur et fit animal surdū. Quare aures caute purgande sunt auriculari speculo. Nam cauendum est ne nimis profunde immittatur speculum istud ne rumpat meringam. Nā ipla est pel licula subtilis ⁊ valde tenuis. Ideo etiam natura valde saga ordinauit in auribus quar dam tortuositates et cōcauitates in ipsius custodiam vt scz aer in ea inclusus melius re seruaretur. Un autem aures sint necessarie ad auditionem dicunt quidam q̄ nō sunt de necessitate qz neqz sunt ex parte medij. neqz obiecti. neqz organi. Sed sm eos natura solum ordinauit aures propter ornatum et decorem capitis. Dico autem et melius q̄ aures reducuntur ad organum auditus. Immo cōmuniter loquendo aures accipiūtur pro organo qz continent hmōi verum organū ⁊ natura de necessitate ordinauit hmōi au res ad audiendū que habent se sicut quedam ventilabra congregantia speciē soni Et sic quando alicui amputantur aures tunc male audit imo pessime. Nā tunc modicū ibi re cipitur de speciebus soni et sic fit debilis auditus. ¶ Sed dubiū est an idē sonus scz cāpane audiatur ab omnibus circūstantibus et videt q̄ nō qz idē accūs nō potest esse in diuersis subiectis. Respondetur q̄ idem sonus cāpane aud tur ab omnibus circūstanti

bus sed non per eandem speciē imo per diuersas. Verbi gracia. Cuz plures homines simul et semel vident eūdem colorem in nūero' nō tamen per eandem speciē in numero. sed per diuersas sic simili modo dicendū est de sono.

Obiectum Auditꝰ

Biectū aūt auditus est sonus qui fit in aere ex collisione duorum corporum durorū adinuicē fortiter percussorū et ex illa collisione fit tremor in aere Qui continuatur per aerem vsq; ad aurem.

¶ Vnde duo ex parte soni generationis requiruntur. Primo q; sit contactus ex parte corporis duri ad durum medio aere. Secundo requiritur q; fiat cum ictu siue violentia. Nam si non fieret cū violentia vel si corpora non essent dura non sonarent. sicut ponit exemplum Aristo. de spongea et lana. et similitet de pilis. Et nisi fiat cum violentia contactus adinuicem non erit sonus. Et patet cum mouetur aer cum velocitate motus inueniens corpus sibi resistens facit tremorez' et continuatur vsq; ad aures. Diffunditur autem ad modum circuli spere cuius centrum est locus percussionis. Vnde Voz ex omni parte auditur Et dicit phūs cū talis Voz gūat tremorē z semp debilitatur circulariter' quousq; deficiat Virt' impellens. Cui' simile apparet cū lapis proicitur i aquā

Medium auditꝰ.

Instrumentum.

¶ Medīū aūt in hoc sensu est aer cōtinuat' aeri posito intra' cocauitatē auris. Instrumētū eius est timpanū auris ad' quod dirigitur neru' protensus a cerebro. cōtinens spiritū audibilē. Et propriū hui' sensus est q; suū sensibile sp; est in medio et ideo caret propria abstractione sez que fit ab obiecto.

¶ Olfactus autem

Vū obiectū olfactus est odor vel res odorabilis que de sua natura est resolubilis in fumos et vapores. et ido p calorē in aere cōtentū vel p calorē odorantis emissuz subtiliores hūores rei odorifere resoluūtur z euaporāt et in euaporatione immutāt aerē et medīū vsq; ad organū. Cū aūt humores propter paucitatē vel forte longā distantis vltra eius pingere non possunt tunc de se deriuāt species que vlterius multiplicantur vsq; ad organū qō in mutando causant olfactū

Notandum primo

Q; odor nō est aliud q; qualitas secunda ex cōmixtione sicci predominātis cū hūido a calido digerente causata alteratiua odorabus de potentia ad actū. Ex qua dione requirit primo q; nihil hz odorē nisi mixtū q; nullū purū elementū hz odorē. Nā in tali simplici elemento nō est siccitas cū humiditate pmixta cū talis pbinatio sit ipossibilis .ij. de ge. et .iiij. metheo. Sequitur secūdo q; lapides z meralla nō hūt odorē q; nullā vel modicā hūt humiditatē quā odorabilia debent participare vt vult diffinitio. Et talis odor exīs in corpe odorabili qū est in medio tūc dicit fumus vel vapor et illum vaporez seu fumū extrahit calor a corpore odorifero. et ita autor in textu nititur sequi opinionem volentē q; odorabile multiplicatur de se ad aliquā distantiā realiter. et vlterius ad aliquā distantiā spiritualiter sicut declarat .b. Tho. Ptz primū q; nullū intentionale per motū realem impedit. sed videm' odorē nō posse multiplicari propter ventū ergo talis multiplicatio vt sic est realis. Patet secundū p Com. dicentez q; in bello Troyano vultures et tygrides venisse de quingentis miliarib' ad cadauera in bello troyano occisa per odorem. sed non videtur verisimile odorē realiter delatū fuisse ad tantam distantiā. Nā si illa corpora fuissent in odorē toraliter resolura non potuissent tam grandem distantiā attigisse. cuz odor multiplicetur orbicularīter et in circuitu sicut sonus. Vult ergo Alpherro. q; odor sit realiter in aere circa corpus odoriferū. sed intentionaliter in aere circa organū odorat' .sic q; solū per speciē intrat organū q; sensibile positū sup sensum non facit sensationem .ij. de anima. ¶ Q; aūt humores realiter euaporant pōt constare ex duobus. Primo ex hoc q; sepe post ablationem rei odorifere in loco in quo fuit in rebus circūiacentibus. videlicet in vestimentis aut hmōi remanet odor quod nō esset nisi tales humores euaporati adhuc in eisdē rebus remansissent in tali loco. Secūdo patet ex hoc. q; res sepe odorata cito putrescit z fit rugosa que putrefactio causatur ex eductione subtiliū humorū z introductione calozis extranei corrūpētis humidū substantificū. Et similiter ex eductione taliū humorū per calorē odorantis fit rugositas et cōplicatio superioris pris extreme scz partis circūdantis sicut patet in pomo vel piro. Nā humor qui locū repler eductus est Et q; naturaliter natura abhorret vacuū ideo partes extremales descendunt ad inferiora et sic fit rugositas.

Notandum secundo

Q; medīū huius sensus olfactus est aer per quē species diffunduntur et humores euaporati a re odorifera multiplicantur vsq; ad organū olfactus. Potest etiā aqua esse medīū. Pisces em̄ et animalia in aquis degentia odorez percipiunt. Imo pisces pl' odorē q; visu mouentur ad alimentū. Nā habent visum obtusuz et duros viscosos grossosq; oculos ne facili ledantur ab humiditate aque vt patet .ij. de anima. Sed per aerē animalia extra aquas viuentia odorē percipiūt vt notū est ad sensum.

Notandum tertio

Q; organū ipsius olfactus sunt due carūcule .i. pue particule carnee figurate ad modū capitū mamillarū que locant in fine nasi in medio duoz oculoz. et inspirando o aperiūtur. Respirando vero claudunt ad modū follis et sic animal solū inspirando aerē percipit. Et tale organū est valde propinquū cerebro a quo facile indūponitur q; cerebruz est frigidū et humidū. Organū vero olfact' calidū et siccū. vt patet ex de sen. z sensa. Quare homo in ꝓparatione sue ḡritatis excedens omnia animalia in magnitudine cerebri pepotē hz odoratū multis animalibus .ij. de anima quod nō est aliunde q; ex magnitudine cerebri qō frigidū est et humidū. Frigiditas aūt impedit sensum olfactus in homine. Canis vero paruū hz cerebrū et aliquo modo siccū ergo meli' percipit odorem q; homo vt latius in de sen. z sensa. Potest tamen dici sub distinctione q; duplex est organū olfactus scz extrinsecū et est nasus hauriens tales species odoriferas in aere multiplicatas. Aliud aūt est intrinsecū et est due caruncule que per inspiratione aeris elevantur ad modū follis z per respirationem claudūtur vt dictum est.

Olfactꝰ obiectum

Olfactus aūt obiectū est in re odorabili: et odor in medio dicto

Olfactꝰ medium. Instrumentum.

tur fumꝰ vel vapor quē calor resoluit de re odorifera. Et inde est ꝙ res odorifera sepe odorata putrescit et citiꝰ putrefit vt puta pomū. ¶ Medium huiꝰ est aer. Organū vero sunt due caruncule a cerebro descendentes que similes sunt duobꝰ capitibus mamillarū p quas prouenit spūs odorabilis siue species odoratiua ad sensuz olfactus.

¶ Obiectū autem gustus.

Sñ proprīū obiectū gustꝰ est vapor sz nō pt sentiri sine hūiditate lō nā sagax ordinauit nālē hūiditatē organo gustꝰ z cū hoc quāda hūiditatē exteriorē que vocat saliua z hz se tāgz mediū diſponens obiectū gustꝰ ad hoc q sit aptū imutare sensuz siue organū et talꝫ hūiditas colerica passione qñqz mdisponit z inficit gꝰ saporifera res apparet amara vt infra patebit.

Notandum primo

Q; vapor ē q̄litas seōa ex ꝓmixtione sicci cū hūido ꝑdomināte a calido digerēte cāta alteratiua gustꝰ de posſa ad actū Ex q̄ dīone segit q̄ sola mixta sunt sapida et sic nullū purū elemētū est sapidū sicut neqz odoriferū vtz. Et sz medicos plura ponunt gña sapoz̄ quoz sufficientia sic pt accipi. Nā sapor fit p actionē caloris vt pz ex dicte. Vel ergo talis calor agit in subam grossaz. Et hoc fit tripliciter q; vel calor est fortis z sic causatur sapor amarus vt pz in felle qō est ꝑbustū a naturali calore. Vel calor talis est debilis z sic causat sapor ponticus vt in pomis in principio sui ortus vel talis calor est mediocris et sic causatur sapor dulcis vt ptz in melle. Vel talis calor agit in materiā subtilem Et hoc iterū sit dupliciter Vel talis calor est fortis. Et sic causatur sapor acutus. vt in pipere. Aut est mediocris et sic fit sapor vinctuosus vt in nucibꝰ z aliis pinguibus. Si aūt est debilis tunc fit sapor acetosus vt in aceto. Si autē talis calor ager in subam mediocrē. Adhoc iterū fit tripliciter. vel talis calor est fortis et sic fit salsus vt in sale. vel est debilis z sic fit insipidus vt in lactucis. Si aūt est mediocris sic fit stipticus vt pz in alleo vel in cepis. Et sic pz q; sm triplicem diuersitatē māe diuersificantur genera saporuz. vnde vꝰ. Ponticus et dulcis in grossa sunt et amarus. Vinctus acetosus subtilis sunt et acurusz. Stipticus insipidus cū salso sunt mediocri.

Notandum secundo

Q; duplex est mediū in hoc sensu scz extrinsecū et est hūiditas salualis in ligua ad cuius variationē gustus variat suū iudiciū. Quandoqz ēm indisponitur p euaporationē colericā ascendentē de stomacho et sic cōtingit dulce apparere amarū. vt pz in febricitantibus q; qualis est humor salualis talis apparet sapor et ꝑmixtus ideo dicit Magister in littera q; si hūiditas salualis fuerit infecta amaritudine caloze iudicat gustꝰ cibū amarū. Decipit ēm amaritudinē et in rei veritate ibi est amaritudo sed nō est ibi vbi ponit eā. Nā ponit eā in cibo vel potu vbi nō est imo in hūiditate salualī. Aliud est mediuz intrinsecū et est caro porosa siue spōgiosa in ligua in qua est humor salualis qui humor in egrotantibus quandoqz qualī cōmixt et sic egrotantes parū vel nihil sapiunt.

Notandum tertio

Q; organū hnius sensus siue instrumentū est nerꝰ expansus p totā lignā in quo continuet spūs in se recipiens species saporū quas defert ad sensuz cōem sicut pz in aliis sensibus et ille nerꝰ nō videt aliud ꝙ caro nernosa que est sub carne porosa. vel permixta carni porose. Estem duplex caro in ligua scz Porosa que est in extremitate ligue Sicut videtur in ligua bouis. Alia est caro neruosa que est sub tali carne porosa. Et organuz gustus est ꝓcīale organū tactꝰ vt vult phs. ij. de aīa. vbi dicit q; gustꝰ est quida tactꝰ idest ꝓcialis tactus quo ad organū sed nō quo ad iudictū vt infra patebit.

Obiectū ät gustus est sapor qui est in re saporante siuè saporifera. Res ät saporifera qñ cōiungitur hūiditati salualī mutatur ab aere mediante spōgiosa carne que est in ligue supficie que est mediū intrinsecū reddit saporez huic spiritui qui est i neruo interiori inde est si hūiditas salualis fuerit infecta amaritudine caloze iudicat gustꝰ cibuz amarū esse. Decipit enī amaritudinez et i rei veritate ibi est amaritudo sed nō est ibi ponit eā. Dii nō fallitur circa amarū quod est obiectus gustus in hoc tamen est erroz q; ponit amaritudinem esse vbi tamen nō est. ¶ Et nota q; duplex est mediū in hoc sensu Intrinsecū vt caro. Extrinsecum vt humiditas salualis.

Obiectum gustꝰ.

Duplex medium.

¶ Tactus autem

Vnde sz tenorē textus. Tactus potest a duobus denominari. Primo ab eo qō sentit z sic ōz vnus sensus qz in vno aniali est tm vna aīa que tāgit. Vnde ille sensus est vnꝰ cuiꝰ obiectū includit sub vno gñe imediate et qui est in ordine ad vnā opationē sz gñs vel spēm. Et ideo dicit Aristo. ij. de anima Sicut vnaqueqz scia est vnius generis scibilis. sic et sensus quilibet est vnꝰ gñs sensibilis. Immo vnꝰ sensus est vnius ꝓprietatis primo et p se. x. meth. In omni gñe est vna prima ꝓprietas vt in gñe corpm est vna prima ꝓprietas que est aniatū et inaniatū q̄q̄ p accns possint esse plures ꝓprietates. Aliꝰ tactꝰ denōiatur ab eo qō tāgit. i. tactu ꝓcipit z sic tactus est tot sensus quot ꝓprietatū est ꝓceptiuuz Et qz primo ꝓcipit calidū z frigidū. scōo siccū z hūidū. tertio asperū z lene. quarto graue z leue. Ideo vt sic est quatuor sensus.

Notandum primo

Q; tactus pt dupliciter ꝓsiderari. Vnoꝰ māliter q̄tū ad organū in quo est tāq̄ in subꝰ iecto z sic tactus est vnꝰ sensus qz organū eius est vnꝰ neruus expāsus p totū corpus repletus carne in suis porositatibꝰ. isto rone organi qō est vnū tactꝰ ōz vnꝰ sensus. Et ē talis nerꝰ expansus p totū corpus aīalis ad modū retis sic p totū corpꝰ ramificatus seu diffusus vt aīal a corruptiōe z nocumēto posset cauere. nā in toto corpe ꝓtingit ipz offendi a qlitatibꝰ sensibilibꝰ excellētibꝰ. Aliꝰ capit tactꝰ q̄tū ad actū z spēm eiꝰ sic tactꝰ ꝓpatur ad tangibile sic posita ad actū z vt sic tactus est duo sensus. Isto qz tāgibilia hñt duas ꝓprietates distinctas z ad sensuālitē irreducibiles. nā calidū frigidū ē vna ꝓprietas hūidū z siccū. est alia. et vna ñ reducit ad aliā cū sint eque pme qlitates tō oz dicere recto q; ille ꝓprietates ponēt tactū ee plures sensus et ad mīnꝰ duas z sic rōe subiecti .i. māliter tactus est vnꝰ. sed formaliter z rōe obiecti est duo sensus. vt larius. ij. de aīa.

Notandum secundo

Q; mediū tactꝰ est caro viua hñ dispositā vel aliqō proportiōabile carni vt pz in piscibus iō p carnē putridā vel stupefactā vel quouis alio mō mortificatā arte magica vel aliās ñ fit tactus idē pz in qbusdā geticulatoribus q intrā infrigidāt manū q; in calidiz feruentissimū intromissaz vt in blumbū igne resolutū retrahunt illesam.

Notandum tertio

Liber quintus

Circa nūerū sensuū exteriorū q̄ quinq; sensus exteriores sumūnt sz̄m q̄d̄ quinq; obiecta quinq; elementa. capiendo vapore pro quinto elemento. Et sz̄m quintuplicē mediū accēptionē. Nā visus qui est primus sensus hz̄ pro medio ignē. qz inter omnia elementa solū ignis est elementū lucidū. Et qz necessariū est mediū videndi esse illuminatū ideo ignis oz̄ esse mediū illuminatū quo ad visuz. Secūdus sensus est auditus cui⁹ medium est aer nō tm̄ sic q̄ solū p̄ aerē fieret auditus. Nā sicut dictū est in precedentibus auditus etiā p̄t fieri p̄ aquā quo modo audiūt pisces. Tertius sensus est tactus cuius mediuz est terra qz mediū ei⁹ est terreū vt est caro hoc est nervus sub carne expansus. Quartus sensus est gustus cuius mediū est aqua. Nā gust⁹ causat ex hūido p̄dominante p̄ quod Aristo. ij. de ania. gustū hūorē nominat. Quint⁹ est odorat⁹ cui⁹ mediū est quintū elemētū sz̄ vapor qui est primū corp⁹ mixtū ex terra z aqua virtute solis vel alteri⁹ calōris propter eius subtiliratē. qz subtiliorz est aqua tō aeri p̄patur et quodāmodo p̄t vocari aer q̄uis tm̄ est mediū inter aquā et aerē. qz est subtilior aqua et grossior aere. et talis vapor sic est mediū odoratus. vt lacius circa de sen. z sensa.

primū corp⁹ mixtū ex terra et aqua virtute solis vapor

Actus aūt potest denominari ab eo q̄ sentit z sic est Sn⁹ sensus Vel ab his que sentiūtur z sic sunt quatuor. Primo appetibile calidū z frigidū. secūdo hūidū siccū. tertio asperū lene. quarto grane z leue. Hatū āt qualitatū nō ē proximū Snū gen⁹ sicut color est gen⁹ oīm colorū et qz nō sunt sub Uno gīne formaliter ex hac pte tact⁹ est plures sensus. ¶ Itē nota sicut dicit Aui. q̄ sensus exteriores sunt quīq; Vel quatuor: ¶ Notādū q̄ aer est mediū in Visu sm̄ quod est corpus diaphonū sed sm̄ aliā dispositionē nō nominatā est mediū in auditu sm̄ quod aer est nō habens sonū potēs āt habere. ita etiā dicitur de olfactu.

Ratio grane grauiz sunt sanguis

¶ Quare āt quinq; sunt sensus tō sumitur ab obiectis et ex elementis quorū quīq; Snū est mediū inter aerē z aquā sez̄ Vapor. Visus enim ad ignē cōparatur. qz mediū Visus est lucidū. audit⁹ ad aerē. gust⁹ ad aquā qz media eorū sunt hec. Tactus āt ad terrā. qz mediū ei⁹ est terreū: vt caro. Et qz tact⁹ nō potest palpare nisi p̄ proprietatē ei⁹ sez̄ soliditatem Odorat⁹ āt ad quītū elementū sez̄ ad Vaporē. qz hz̄ fieri p̄ aeris ōmutationē: Vaporē āt dicim⁹ mediū aque et aeris q̄tū ad substantie subtilitatē; qz subtilior est q̄ aqua z grossior q̄ aer: qz Vapor resoluitur in elemē

Summularum Alberti

ta sez̄ aquā et terrā p̄ calorem solis. De quo plenius dixim⁹ in tractatu elementoū Vbi dixim⁹ de ipso generari diuersas impressiones aeris et elementata animata et inanimata quinq; modoū compositionis constare Videlicet ipso Vapore corpora mineralia terrenascentia. animalia rationalia et irrationalia. ¶ Videamus igitur.

De numero potentiarū interioū tres sunt opiniones Prima est quoruda ponentiū tm̄ duos sensus interiores vt sensuz cōem et imaginatiua virtutez. Sensuz cōem ad iudicandū de actib⁹ sensuū exteriorū. imaginatiua vo virturem ad conseruandū species. i. intentiones rerū sensatarū et p̄pter hoc diuidant cerebrū tm̄ in duas partes ita q̄ in anteriori sit sensus cōis. Sed in posteriori sit virtus imaginatiua. ¶ Scōa est opinio Auicenne et Alberti qui ponunt quinq; sensus interiores. Nā Auicen. ponit quintaz potiam vt phantasiam vel imaginatiuā virtutez et cogitatiuā. Nā phantasia est vis cōponens imagines. i. species rerū sensatarū cū intentionibus et econtra Et p̄pter hoc etiā diuidit species ab intentionibus. Et in lectura Alber. ponit necessitatem huius potentie Et hoc duplici fine quorū vnus est cognitio particularium. Scōus finis est opus q̄ō intendit ex hmōi particularibus. et animalia quedā phantasiā elegunt. quedaz vo rem sutant. ¶ Tertia est opinio Cōmentatoris in de sensu et sensibilibus et. b. Thome par. j. q. lxxviij. ar. iij. qui ponūt q̄ sunt quatuor tm̄ sensus interiores. Nā actū phātasie attribuunt imaginationi que etiam p̄t cōponere et ex forma auri et forma vel specie montis imaginatur vna forma aurei montis quā nunq̄ vidimus Non est ergo ponere nisi quatuor vires sensitiue partis sez̄ sensum cōmunem. imaginationem. estimatiuā et memorativam. Et sic diuiditur cerebrum in quatuor partes istis quatuor potentijs correspondentes. Dicit ergo tertius sm̄ secundā opinionem q̄ quinq; sunt sensus interiores. Cuius ratio est qz distinctio specifica sensuum sumitur a distinctione actuū. Nā actus et operationes diuersificant potentias. ij. de anima. Sed quinq; sunt actus seu operationes potentie sensitiue interioris ergo quinq; potentie.

Notandum primo

Q⁹ sensus cōmunis est virtus anime sensitiue a qua propijs sensus derivant et ad quam omnis impressio renunciatur. Et ideo dicitur cōmunis nō per essentiam sed per participationem. qz omnes sensus particulares participant in eo. ¶ Dicitur em̄ in speciali tribus rationibus sensus iste cōmunis. Primo qz est fons et origo omnū sensuū exteriorum. Omnes em̄ sensus exteriores et particulares apprehendunt sua sensibilia in virtute sensus cōmunis. Est em̄ sensus cōis principiū omnū sensuum particularū. ij. de anima et in de somno et vigilia Immo sensus cōmunis cōparatur ad sensus exteriores. sicut centrū ad circūferentiam. Sicut em̄ circūferentie circuli vniuntur in centro et a centro procedunt sic omnes sensus particulares vniuntur in sensu cōmuni et ab ipso deriuantur. ¶ Secundo dicitur cōmunis qz ponit differentiam inter sensibilia diuersoū sensuum. et est index ipsorum. Visus em̄ nō potest ponere differentiā inter albedinē z dulcedinē in lacte eo q̄ visus p̄ se nō cognoscit dulcedinē. Nā ea vnusquisq; cognoscit et q̄m̄ inter. indicat in qbus est erudit⁹. iij. ethi. et hoc facit sensus cōis. Tertio dicitur cōmunis qz est perceptiuus omnū operationū sensuū exteriorum et ergo eius obiectum non potest dici aliquod sensibile proprium sed sensibile in cōmuni ratione cuius dicitur cōmunis.

¶ Et illius sensus tres sunt actus Primus est iudicare de actibus sensuuz exteriorū In ipso em̄ concurrunt omnes sensus particulares. i. sentit omnia obiecta omnium sensuum particularium. Per sensum enim communem iudicamus nos sentire. idest videre audire. Vnde licet sensus bene simul apprehendat plura indeterminate. Sed iudicio determinato non iudicat nisi de vno simul et semel. Recte sicut intellectus non potest simul et semel plura intelligere distincte et determinate. Tamen bene indeterm⁹

minate et p modū vni⁹. ¶ Secundus actus est ponere cōem sententiā et differentia inter diuersa obiecta diuersorū sensuū. Judicat em dulcedinē in lacte nō esse albedinē Et hoc offitiū non habet aliqs sensus pticularis. qz sensus pticularis nō pt apprehendere obiectū propriū alterius sensus pticularis qō tn requirit si deberet inter ea discernere. ¶ Tertius act⁹ est apprehendere rē in eo loco in quo nō est sed fuit qz apprehendit guttā de tecto stillantē facere lineā rectā et prinuā ac si simul esset sursuz et deorsum et in qualibet pte medij z tn sic nō est. Exm ꝓsimile est de virga tgnta circulariter mota que videt facere vnā periferiā ignitā circulū claudentē quā tn nō facit. Et q sensus cō' instantis ita iudicat cū ell qz spes receptas vndiqz in tali motu qui est successiuus faciliter nō amittit sed reseruat ad aliquod tempus z ergo iudicat ibi foze circūferēriā ignis que tn nō est z ille actus est minus principalis qz etiā ꝓcedit sensui exteriori. Visus em iudicat celū tangere terrā z nō est ita vt dū homo stat in medio cāpi arbitrat celuz tangere montes in circuitu Et sm illud iudicū sensus decipit propter distantiā obiecti.

Notandum secundo

Pro concordia diuersarū opinionū de organis sensuū interiorū q ponē sensitiue interiozes pñt dupliciter ꝓsiderari. Uno⁰ q̄tū ad conseruationē et q̄tū ad loca ꝓseruatiua et sic hñt organa in cerebzo. Allio⁰ ille ponē ꝓsiderant quo ad cognitionē et ad locū cognitiuū Et sic adhuc dupliciter. Uno⁰ quo ad locū cognitiuū originalē scz ex quo trahūt originē siue virtutē suarū cognitionū et sic habent organa in corde. Allio mō ꝓsiderant q̄tū ad locū cognitiuū iudicialē scz in quo fit consideratio et iudiciū de obiectis sensatis et illo modo hñt organa sue cognitionis in cerebzo. Nā ibidem sunt reseruate species p quas ponē sensitiue interiores faciunt iudiciū de obiectis. Et distinguūtur p medios sm cellulas diuersas seu cerebri cōcauitates. Nā ipsi distinguūt cerebzum in tres partes scz anteriozem. posteriozem. et mediam vt sic.



In anteriozi ponūt sensuz cōem z de hoc habuerunt inditiū p experientiā. nā viderūt q hōies multū ieiunantes z multū occupētes se cū extraneis sensibilib⁹ sentiūt dolorē in anteriozi pte capitis siue cū qs offendit in tali pte perdit quodāmodo iuditiuz sensus cōis. Et diuiserūt hāc pmā ptē in duas ꝓcauitates sm dextrū pro sensu cōi z sinistruz pro virtute imaginatiua In posteriozi pte posuerūt mēoratiuā pro tanto qz viderūt q hōies lesi in posteriozi pte capitis scz in occipite perdiderūt mēoriā z male mēorarī. Sz alias poñaā interiozes ponūr i medio cerebzo in duas ꝓcauitates distincto vrē in figura Quo gñali fundamento pmisso dico

De organo sensus cōmunis

Q⁹ triplex est tale sm Aristo. in de som. z vigi. scz pncipale in quo perficit sensatio de oibus sensibus exteriozib⁹ et illud est cor qz ab ipo tanq̄ fonte diffundūtur spūs z calozes ad senciendū reqsiti vsqz ad cerebzū vbi ꝓueniūt oia alia organa sensuū exteriozuz et vlteri⁹ per diuersos neruos ad diuersa organa sensuū exteriozū mittunt tales spūs z ecōtra mittūtur spēs sensibiles mediantib⁹ sensib⁹ exteriozib⁹ ad cerebzū vbi ꝓueniūt organa sensuū exteriozū. et ille species vlteri⁹ per neruos descendūt de capite vsqz ad cor vbi fit ꝓplerū iuditiū z ꝓpleta sensatio· Aliud est organū mui⁹ pncipale in qno vnitur organa sensuū exteriozū z illud ponit in cerebzo. Et illa etiā est opinio medicozū vt Salieni in li. de accīte z morbo. et ipsi⁹ Auicen. pzima phen. pmi canonis. ca. de virtutib⁹ interioribus. Dicit em Auicen. q dispositio sensus cōis est tal q ex ipo ē pncipiū cuiuslibet virtutis sensibilis et postea redit ad ipsuz cū lucro. Cū g⁰ nerui sentiēdi nascantur ex pma parte cerebri eo q prima pars cerebri mollioz est et mollities facit multū ad ipressiones sensibiliū. dicimus q organū sensus cōis est in pzima ꝓcauitate cerebri que plena est spiritu sensibili. Dicit tn idez Auicen. q nihil prohibet q aliqua virt⁹ ordinatur in vno mēbzo et perficiat in altero et tūc ꝓpleta reuertat ad ipm. vn vult ipe q virtus sensitiua oriat a corde et pficiatur in cerebzo sicut et virtus nutritiua oritur a corde et ꝓplementū ei⁹ est in epate Licet huic videatur dicere Priū Apherro is q sensus cōis terminus est sensuū proprioz sm qō sunt in virtute sensibili pfecta. Et ideo organū eius est in prima ꝓcauitate cerebri. De hoc lati⁹ in de sen. z sensa.

Notandum tertio

Q⁹ sensibile cōe qō pluribus sensibus distinctis nō subordinatis est ꝓceptibile. Nullū em sensibile qō vno solo sensu percipit sz cōmune. Nec etiā regritur q qōlibet sensibile cōmune omnibus sensibus percipiatur sed sufficit q plurib⁹ sicut patet de figura que non potest percipi auditu sed visu z tactu. Motus autem percipit visu auditu z tactu ut ois. Et dicuntur omnia ista sensibilia per se q̄tus non per se mq̄tz talia Sicut magnitudo inq̄tum magnitudo. numerus inq̄tum numerus q̄uis per proprios species non immutant sensus. Faciunt tamen diuersitatem immutandi sensus per obiecta propria Quod manifeste patet qz triangulare apparet visui vel alteri sensui aliter q̄ quadrangulare. Unde sensibile per se dicitur qō per propriā suam speciem immutat sensum vel quod ponit diuersitatē immutandi sensus. Sed sensibile per accidens neqz per se immutat neqz facit per se immutationē vt patet. ij. de anima. An autē illa quinqz sensibilia sint obiectum sensus cōmunis. Alphorabius et Auicenna dicunt q sensus cōmunis ponitur propter cōpositionem et diuisionem sensibiliū obiectorum. Et ideirco multiplicant obiecta sensus cōmunis sm qō identitatem per ea potest ponere vel diuersitatem inter ea. Nec autē identitas vel diuersitas ponitur in sensibus consideratis sm esse vt sm fieri. Cognoscitur em sensibile idem vel diuersuz vtroqz modo Et si consideretur sm esse aut ergo erit pncipiū per quod ponitur diuersitas et sic erit numerus Aut p qō ponitur identitas. Et hoc duobus modis scz cōmuniter ad sensata intrinseca et extrinseca et sic magnitudo erit que vnit in se qualitates gustus et tactus que sunt intrinsece et qualitates auditus et visus que sunt extrinsece et qualitates odoris que sunt medie. Aut erit sensibile proprium quo ad extrinseca et sic est figura. Figura em est exterioz terminatio quātī in qua vt in subiecto vnūtur sensata extrinseca Si vero sensibile cognoscitur prout consideratur in fieri cognoscitur idem vel diuersum cuz aliquo sensi⁹

bili per sensatū cōmune hoc erit duobus modis scz potentia vel actu Si potentia sic ē quies. et si actu tunc est motus. Et in hoc videtur quali solutum hoc dubiuz. Latius autem de hoc in de somno et vigilia.

Edeamus igitur ad potentias anie sensibilis apprehensiuas

quinq; sensus interni.

deinꝫ que sunt quinq; scz sensus cōmunis. imaginatio: formativa sive phantasia estimativa: et memorativa. ¶ Sensus communis est potentia apprehensiua obiectorū particularium sensuuz per omnes differentias omniū sensatorū a quo sensu imaginatio recipit species obiectorum sive ydola etiam sive obiectorum presentia. Habet autē sensus

Tres actus sensus communis.

cōmunis tres actus. Primus actus est se convertere super actus particularium sensuum. Unde dicit Video me videre: sencio me sentire et in

Hac via non apprehendit simul nisi obiectum vnius sensus. Alius autez actus est discernere inter obiecta et actus diversorum sensuū. et per hoc habet indicare ꝙ hoc non est illud cum dicit albū non est dulce. Hoc aūt non potest facere sensus particularis quia non extendit se nisi ad propria obiecta. Et ideo discernit inter illa. Discernere autem relinquit ante se apprehendere. Isti duo autem actus sunt ei principales ꝛm Auicē

F nam. Tertius actus est apprehendere rem in loco in quo non est sed in quo erit sic apprehendit stillam vel guttam cadentē directe vsqz ad terram quasi lineam continuā. Unde stilla cum inferius est nō est superi? Apprehendere autem sensata cōmunia nō est eius proprius actus immo convenit sensui particulari. ¶ Cōmunia autez sensibilia sunt quinq; scz

Quinq; communia sensibilia

numer? motus: quies: magnitudo et figura. Difficile aūt est videre quo modo quilibet sensus possit ista omnia apprehendere. Unde quidā de hoc posuerūt ꝙ solū esset sensus cōis sed hoc est cōtra Aristo. in li: de aīa.

¶ Imaginatio est

Unde Imaginatio multipliciter sumit. et ꝛm hoc etiā multa habet nōmina Quādoqz em dicitur vis que retinet imaginationes sensibiliū absentiū sensibilib⁹ ab organis seu suis cōis ꝛ proprij. et sic proprie dicitur virtus sensibilis anie p ꝛme sita post sensum cōem in qua reseruant imagines accepte a sensibus et ꝛm diuersas ꝓsideraciones habet tria nōia. Dicit em imaginatio ꝛm qō forme que sunt impresse imagines rerū sunt extra Et dicitur formalis eo ꝙ formalius habet illas imaginationes q̄ sensus. Sensus enim habet eas cū presentia materie. Imaginatio aūt materia rei nō presente. Et dicitur ab Augustino spiritus propter naturā illarum imaginum. qz ille sunt ꝛm esse spirituale in virtute imaginativa. Licet sint imagines earū. Unde Aug. super Geneſim ad litterā dicit ꝙ spiritus est vis quedā mente inferior cui imagines rerū imprimunt Dicitur em quandoqz imaginatio omnis virtus sensibilis anime que operatur ꝛm sensibile acceptū a sensibus sine presentia materie et sine ratione pretereriti tēporis et sic cōprehendit imaginationez et phantasiam et estimationem. Et sic accipitur a Johanne Damasceno et a Gregorio Nyseno. Dicit em Damascen⁹ ꝙ imaginativa est virtus irrationalis anime per sensus operans. Et qz imaginatio est passio irrationalis anime. que ab imaginante fit. Phantasia vero est passio manis a nullo facta imaginabili. Similiter Gregorius dicit ꝙ diuiduntur animales virtutes in quatuor scz in sensum. imaginationē. intelligentiam et memoriā. Ergo imaginativa est virtus irrationalis anime per sensus sensibiles operans. Et ideo quādoqz dicit sensus imaginatur. ergo passio irrationalis anime ab imaginabili generata. Phantasia vero passio irrationalis anie a nullo imaginabili facta et ita dicit qō Stoici dicebant quatuor esse in hac virtute scz imaginationē imaginabile. imaginativū et phantasiaz. Imaginatio est passio facta ab imaginabili Imaginabile aūt est illud qō facit hanc passionē et imaginationi subiicitur Imaginatiō vero est ipa virtus que attrahit imagines sibi. Phantasia vero quando abimaginatam imaginatā tum innane attractionē vt in infirmis. et melancolicis. Et dicit ꝙ differentia non est in his nisi ꝛm transmutationem nominū. Quandoqz dicitur imaginatio vis tenens imaginationes et operans in illis: et in intentionibus que coniunguntur imaginationibus Et sic cōprehendit duos fines scz imaginationē et phantasiā. Et sic videtur Aristo. accipere imaginationem in principio .iij. de anima vbi dicit ꝙ imaginari in nobis est cū volum⁹ Quandoqz em dicitur imago relatio forme accepte a sensibus ad rem cuius est forma. Et sic proprie imago deseruit memorie sicut dicit Aristo. in de memoria et distinguitur a phantasia. Quandoqz dicitur imaginatio vis a qua refluunt imagines reposite supra organū sensus cōmunis. Et sic accipitur imaginatio ab Aristo. in .iij. de somno et vigilia vbi dicit ꝙ in somno imaginationes somniales refluunt ad cōmune organū sensuum Ꝛm proprissimū aūt modū accipiendi est imaginatio virtus tenens imagines sensibilium re non presente absqz eo ꝙ non eliciat ex eis cōponendo vel diuidendo intentiones aliquas nou acceptas per sensum. Ex quibus patet magna diuersitas et cōuenientia istorum nominum ꝛm diuersos pbos. De

Organo imaginationis

Unde organū imaginationis ꝛm Damas. et Gregoriū est anterior venter cerebri. qō similiter dicunt Algasel ꝛ Auicenna. Unde in libro de differentia spiritus ꝛ anime distinguitur caput in tres partes. et anterior pars attribuitur phantasie et imaginationi. hoc expresse dicit Auicen. ꝙ locus imaginative est anterior pars cerebri que ꝛm eū diuiditur in tres partes scz in illā que propinquissime cōiungitur organo sensuū ꝛ ad quā immediate recurrunt nervi sensibiles et in illa est organū sensus cōmunis Et in illa parte que est post illā in medio que nō abundat humido sed est aliquantulum terminata ꝙ siccū et in illa parte est organū imaginationis cuius est retinere formas re non patente. Et hoc virtute sicci terminantis humidū. In postrema vero parte prime partis sita est phantasia et estimatio vtō. De

Actu imaginationis

BB

Liber quintus

Vnde actus imaginationis proprius est imaginari sicut in simili sentire est actus sensus et intelligere actus intellectus. Quod accipitur ex verbo Aristote. in principio. iij. de anima q imaginatio in nobis est cū volumus. Preoculis em est facere imaginem. sicut sunt in recordatiuis positi ydolum facientes. Secundario autez preparat imagines qua drupliciter aliis virturibus operantibus in ipsa. Est em ratio quorundam in imaginib⁹ sicut est precipue ratio mathematicoruz. Et tunc preparat imagines superiori potentie que est intellectus vel ratio vt dicit Aluicen. Quedam aūt sunt cōpositiones imaginuz et diuisiones ad eliciendas intentiones terribilis vel appetibilis conuenientis et inconuenientis et huiusmodi que sunt semper colligate sensibus z tūc preparat imagines phātaſie et estimationi. Quandoqz autem deseruit memorie vt dicit Aristo. quando sez p imagines preparatas in anima recursus est in rem que accepta fuit in preterito per sensus. Quandoqz aūt preparat imagines refluentes ad organum sensus cōmunis et tunc deseruit relationi que est in somnis. De

Obiecto imaginationis

Vnde sm Bregoriū Nirenū imaginabile vocatur obiectū imaginationis. Quod diffinitur ab ipso hoc modo Imaginabile est quod facit passionē in imaginatiuo. Cuz ergo Willenus dicat q imago est rei ad rem expressa similitudo. videt q imagines que sunt in imagine expresse rerum similitudines sunt. Cum em in sensu non sunt nisi corpora et qualitates corporum. videtur vlterius q imagintiones non sunt nisi similitudines corporum. Et hoc etiā videtur ex verbo Augustini supra posito qui dicit q in principio imprimūtur imaginationes corpm. ¶ Preterea Bregoriꝰ Nirenus et Damascenus dicunt q imaginatiua non operatur nisi per instrumenta corporis que sunt organa sensuū. Dico ergo q imaginabilia que sunt obiecta virtutis imaginatiue sm quātitatē nec sunt q̄titates nec habentia q̄titatem sed sunt quantitatū et quantoꝝ similitudines spirituales. Et quando dicitur omne apprehensum sub tribus dimensionibus vel aliqua triū est q̄titas vel habens quantitatē. Omnes imaginationes que sunt in imaginatiua sunt sic apprehense. ergo sunt quātitates vel habētes quātitatē. Dico q aliquid apprehendit sub tribus dimensionib⁹ dupliciter sez sm necessitatē rei et esse nāe z sic apprehendit sensu tm vel sm intentionē similitudinis ipūalis quo mō apprehendit imaginatiua que omnia sic prepositi pro latiori intellectiom huius potentie necessaria.

Notandum primo

Qꝰ Auroz in littera duplicē ponit differentiā inter sensum cōem et imaginationē. Prima stat in hoc qz sensus cōis indiget p̄sentia rei sensibilis sic q nō iudicat de re in eiꝰ absentia nisi in somnis. Tūc em aliquādo iudicat de absente tanq̄ p̄sente. Sed imaginatio no sp indiget p̄sentia obiecti imo etiā reseruat spēs in absentia obiecti. Nō aūt quare sensus cōis indiget p̄sentia sui obiecti. qz prius dictū est in sensu cōi cōcurrūt oēs sensus particulares p quoꝝ representationē sentit. Sed sensus particulares solū sentiūt obiecto presente vt visus nunq̄ videt nisi colorē presentē. Vel ideo qz sensus cōis nunq̄ est in actu nisi moueat p spēs sensibiliū exteriorū et sic solū fit in presentia rei. Nō aūt q̄re interdū sensus cōis vt in somno nō indiget presentia rei sensibilis qz in somno sensus particulares quiescūt a suis operationib⁹ et ideo virtutes interiores intenduntē vt phantasia et imaginatio in suis operationibus. Et qz organū sensus cōis est valde propinquū organo virtutis imaginatiue quare in somno organū sensus cōis illuminat p̄ species imaginatiue que via quadā multiplicationis relabūtur in sensum cōem et tūc iudicat de obiecto absente tanq̄ presente Et est quasi simile de vna candela que p interpositionē incendit alteraz vbi tri neutra istarū alterā attingit et sic ea que in die tractamus in somno occurrunt nobis quandoqz z illo modo causantur somnia. de quibus lacius in de somno z vigilia.

¶ Secūda differētia qz sensus cōis nō seruat spēz in absentia obiecti sed dirigit eā via multiplicationis in organū virturis imaginatiue. Sz imaginatio reseruat eam vsqz ad abstractionē que fit per intellectū agentē. Ideo 2. iij. de anima. q opozet quēlibz intelligentē phantasmata speculari. Intellectus em abstrahit spēs rei intelligibilis relinquēdo ꝓdiciones māles assumēs solū nudū lumē et nudā quatitatē rei relinquendo ma

terialia in phātasia et imaginatione et in hoc etiā pz differentia inter sensus interiores et intellectū. nā sensus interiores lz sint aliquo mō abstracti nō tn oīno sic intellectꝰ qz vtutes interiores apphendūt rē cū ꝓdicionib⁹ mālibus. Sz intellectꝰ abstrahit ab bijs

Notandum secundo

Qz sicūt colligitur ex libro de somno et vigilia tunc nō semp virtus sensitiua operatur in somno. sed quandoqz meatus spirituū et specierū sensibiliū et ozgana sensuuz per fumales enapozationes corpozales ab ingro ascendentes caput obstruitur sic q p ipsa ozgana virtus sensitiua nō pt operari et sic tunc potest dici probabiliter q tūc poña intellectiua vertit se super species intellig biles in intellectu possibili siue passiuo cōtentas z ista ꝓponit recte sicut virtꝰ formatiua siue phātasia spēs sensibiles in imaginatione cōtentas. Et sic tunc virtus intellectiua quandoqz formar subtiles discursus et quādoqz bona argumenta vt lacius in de sen. et sensa.

Nota tertio

Vnde sm Auicen. virtus irascibilis est vis imperans moueri ad repellendũ id qõ putatur nociuũ corrumpens appetitus vincendi. Est aũt duplex nociuũ scz simpliciter t sm quid. Simpliciter nociuũ est illud quod violenter obpugnãdo nititur ledere et destruere totã substantiam et circa hoc principaliter est irascibilis. Sm quid aũt nociuũ est qõ contrariũ est delectabili vnius virtutis. Et eius virtutis irascibilis obiectũ est arduũ et altum inãtũ hmõi proprium obiectũ est irascibilis et cũ duo sunt ardua scz nociuũ impugnans et quod est altum excellentia dignitatis. Arduũ eminentius est in nocuo impugnante qm in dignitate Hoc probatur per illud qp arduũ in nociuo est victoria periculorũ vite que altissima sunt Et ideo qz per hoc irascibilis ponitur in altissimo diffinitur et denominatur in ogpactione ad ipsius sicut et concupiscibilis in altissimo ponit p delectabile tactus. Et ideo diffinitur et denominat ab ipso licet sit multorũ aliorũ delectabiliũ. Et hoc etiã patet ex eo qp in homine propius habit⁹ ordinans concupiscibilem scz est temperantia cui⁹ materia est propria delectabilia tactus vt probat in ethi. Prius aũt habit⁹ ordinãs irascibilẽ est fortitudo que est in periculis vite. Hec de pñi

Ost Virtutes appehensiuas sensibiles dicendũ est de motiuis. Motiua ab Aristo. dicitur desiderativa vel appetitiva. A theologis vero sensualitas que est propie motiua eius quod sensualitas appehendit. Sciendũ aũt qp quedã est appetitiua sensibilis cuius actus non est sub libero arbitrio vt est Virt⁹ pulsualis et fieri habet in corde. Hec aũt ad phisicos ptinet. ¶ Alia est motiua cuius actus subest rationi. Et hec est duplex quoniã quedam est imperans quedã imperata. Imperãs est concupiscibilis et irascibilis. Concupiscibilis monet ad cõmodum et bonum apparens. Irascibilis monet ad arduum et tristabile fugiendũ ¶ Sciendum qp eedem possunt esse motiue et appehensiue de hoc nunc queratur inferius. ¶ Virtus imperata est quedam Virtus sita in neruis et in musculis contrahens et extendens se ad nutum imperantium et monet membra officialia ad operandum.

¶ Jam dictum est

Vnde post potentias sensitiuas superest videre de potentia rationali que licet inter ceteras potentias sit perfectior Ordine tamen nature est omnibus posterior. Et talis potẽtia rationalis est ea potentia que non vtitur corpore sed vtitur vtente corpore. Nãz alla potentia non habet organũ corporale cui sit allegata, Vtitur tamen phantasia que

Summularum Alberti

immediate est alligata corporali organo. Vbi

Nota primo

Qz potentia intellectiua vel rationalis differt a potentia sensitiua et vegetatiua in duobus primo qz potẽtia rationalis est morganica perpetua. Sensitiua vero organica t corruptibilis. Nã. ij. de aia dicit. Separat eñ hoc ab hoc sicut perpetuũ a corruptibili. Alia eñ intellectiua creata est in orizonte eternitatis ex⁹ participatio luminis intelligentiarũ supra naturã existens ita qp ipsa est intelligentia obumbrata p hoc qp est corpis mortalis forma ratione cuius lux eius intelligentie obumbratur. Jdeo dicit scriptura. Corpus qõ corrũpit aggrauat animã. Vnde sicut anima intellectiua est obumbraculũ intelligentie. Jta sensitiua est obumbraculuz intellective seu rationalis. Et vegetatiua obumbraculum sensitiue. Nã ratio est magis immersa materie. i. corpori qm sensitiua. est tamen supra formã naturalem. Et sic patet qp anima vegetatiua est producta in vmbra anime sensitiue et corpori proximior. Secundo differunt. qz potentia anime rationalis presupponit oẽs alias potentias priores. qz vbicũqs est potentia rationalis ibi est et sensitiua et vegetatiua sed non econtra. Modo potentia rationalis est prior alijo rõne nobilitatis. Quamuis alie due sunt priores ratione cõmunitatis vtã.

Notandum secundo

Qz potentia rationalis seu intellectiua est inorganica sm se et propriã substantiam intelligẽdo. qz si esset organica sm se tunc esset corruptibilis ad corruptionẽ organi in quo est. Sed ipsa est perpetua. iij. de aia. et immortalis. Erraz omnis virtus organica vtitur corpore sicut instrumento sed potentia rationalis non vtitur corpore sicut instrumento igitur est inorganica sm se q propriã naturã. Est tamen organica presupponitur qz ptes supponit ad suã operationem exercendã virtutẽ organicã. Nã presupponit eas sensus interiores qm exteriores eo qp dicitur. iij. de anima. Oportet quẽcũqs intelligentẽ phãtasmata speculari. Jterũ nihil est in intellectu nisi prius fuerit in sensu. j. poste. Sequit ergo qp nihil implicat aliquam virtutem esse morganicam simpliciter et immaterialem Que tamen dicatur organica presupponitur.

Notandum tertio

Qz potentia rationalis seu intellectus nõ est para essentialis neqz integralis ipsi⁹ anime qz tales ptes dirimũt ipsuz totũ et sunt priores toto sed potẽtia intellectiua nõ precedit animã neqz constituit sed poci⁹ finit ab ipsa Etiã predicte partes suat eiusdẽ generis cum toto sed hic non est de intellectu t anima qz anima est substantia. Intellectus aũt est quantitas neqz est para dissimilia vel subiectiua qz tales dicunt eandẽ essentiam cũ toto sed intellectus differt realiter ab anima. Est ergo pars potestiua sm quam anima potest exercere propriã suã operationẽ que est intelligere. Et est ibi similitudo partiũ potestatiuarũ cũ integralibus. Sicut eñ ille ad diuersas operationes ordinantur. sicut pedes ad ambulandũ &c. Sic intellectus voluntas memoria similiter ordinantur ad diuersas operationes.

Am dictũ est breuiter de potẽtys anẽ sensibilis que nihil hñt vltra estimatiuã t imaginatiuã. ¶ Alia aũt rõnalis que dignior ẽ hꝭ oĩa que dicta sunt sed nõ inꝑtũ rõnalis que adhuc addit intellectũ t rationẽ. Dicendũ est igitur qp in alia rõnali post estimatiuam sequitur intellectus. ¶ Dimidit autem Aristo.

Vnde varie sm varios phos sunt diuisiones intellectꝰ. Dicit eñ ¶ Alexander phus

Liber quintus

In libro de intellectu et intelligibili q tres sunt intellectus scz potentialis siue materialis. Intellectus in habitu siue formalis ⁊ intellectus tertius preter istos duos qui est intellectus agens Et sic accipit q non sunt nisi tres differentie cui⁹ contrarii videtur dicere ¶ Alphorabius in suo libro de intellectu et intelligibili. Ilā ponit quattuor quorū primus est intellectus qui semper est in actu. Secundus intellectus qui est impotentia in anima. Tertius intellectus est cū erit in anima de potentia ad effectū. Quart⁹ est intellectus quē vocamus denominantē. Dico aūt ad diuisionē Alexādri q ipsa batur penes ea que sunt in transmutatione scz transmutās transmutarū et in quod est trāsmutatio. Transmutans em̄ est agens. transmutarū possibile ⁊ in quod est transmutatio Et illo qui est in habitu. Et sc Alexander cōprehendit illū quē Auicen. vocat in habitu. et illū quē appellat adeptū sub intellectu in habitu Et ita collige q quatuor szm Auicennā sunt differentie intellectus alie a predictis in parte scz agens et possibilis ⁊ intellectus in habitu et intellectus adeptus. Et intelligit talis diuisio Auicenne similiter et Algaselis penes perficientia possibilē intellectū. Illa em̄ sunt pficientia p modum agentis vel per modū forme. Si p modū agētis hoc erit aut per modū pficientis simpliciter aut p modum instrumenti. Si primo modo tūc est agens intellect⁹ Si secō modo tūc est intellectus in habitu. Intellect⁹ em̄ in habitu szm Auicen. et Alga. nihil aliud est q̄ habitus principiorū quibus vt dicit Alpherro. tanq̄ instrumentis agens possibile educit in actū. Si vero perficiens est per modū forme tunc erit intellectus adeptus. i. quē adipiscunt per doctrinā et inuentionē qui etiā alio nomine dicit acquisitus et alio nomine accomodatus eo q mutuam⁹ ipsum a re extra. Id aūt q̄ perficitur ab hijs pficientibus est intellectus possibilis. ¶ Alkindus vero et Alphorabius ponunt diuisionē intellectus in qua videt idem esse intellectus demonstratiuus et intellectus in habitu. Dicit em̄ Aristo. q cū sciens ex habitu consideratur nō est alteratus ergo non altero et altero intellectu vtit. Sed sicut differūt sciens et considerans sic differūt intellect⁹ in habitu et intellect⁹ demōstratiu⁹ szm Alkindū. ergo intellectus in habitu et demōstratiuus nō sunt diuersi intellect⁹. Dico q hec diuisio Alkindij accipit penes ea que exigūtur ad pfectionē posse egredientis in actū que sunt mouens et mobile et forma acquisita p motū et opa szm formā illā. Vnūq̄q em̄ tunc est pfectū cū propriā potest̄ pplere opationē vt dicit Damas. et penes mouens est intellect⁹ agens. penes mobile vero possibilis penes formā acquisitā p motū est intellectus qui fit in effectu Penes operationes aūt est intellect⁹ demonstrans. Et sic iterū patet q sub illo que fit in effectū cōprehendit Alkindius eū quē vocat Auicen. in habitu. ¶ Aristo. aūt videt ponere duas species intellect⁹. Sicut em̄ in omni natura que de potentia exit ad actū est accipere agēs et possibile. Sic etiā in anima oportet accipere agentē intellectū et possibilē vt lacius infra. Et hoc modo sumitur diuisio in presenti. Et hec diuisio Aristotele accipit penes ea que sunt partes essentiales anime scz agens et id q̄ est in potia. Et in illa diuisione non cadit intellectus in habitu vel adeptus vel demōstrans eo q illi sunt a simulitudinibus rerū que accidunt anime et nō sunt pres essentiales ipsius potie ⁊ act⁹ in omni eo in quo sunt pres essentiales ipsi⁹. Hec de diuisionib⁹ ipsius superficialr quo ad intellectū.

Notandum primo

De intellectu agente et multa q ordinem. Primo de positione necessaria. Vnde quia multi videantur negare intellectū agentē esse ponendū. Dico tū szm Aristo. in. iij. de anima. Szm Alphorabiū. Alkindiū. Alexandrū. et Auicennā et ceteros q sit necessario ponendus. Et primo per hanc rationē Omne q̄ fit in actu ita q educitur de potētia non egreditur nisi per illud quod est in actu. Intellectus possibilis fit in actu. ita q educitur de potentia in actū illū ergo hoc fit per aliquod q̄ est in actu et agens Ergo necessariū est ponere intellectū agentē. Preterea in omni transmutatione necesse est ponere subiectū et efficiens et finē. Sed in intellectu possibili est transmutatio ad speciem intelligibilē. ergo necesse est ponere in ipso efficiens subiectū et finem. Sed subiectū est intellectus possibilis. ergo aliquid erit efficiens et finis et diuersus ab intellectu possibili. q⁹ subiectū vt dicit phus. ij. phi. et. xij. prime phie nūq̄ coincidit in idem cū efficiente et fine. Et sic patet necessitas intellectus agentis. Sed de

Tunnimularum Alberti

Diuersitate positionis

Intellectus agentis. Scias q sapientes qui fuerunt ante nos diuersificati sunt in positione intellectus agentis. Quidā em̄ agentē omnino dixerūt nō esse sed tm̄ possibilez et speculatiuū. Quoz̄ hec fuit ratio vna q sicut se hūt species sensibiles ad sensum in eo q perficiūt ipsum ita e habent species intelligibiles ad intellectū in eo q perficiūt ipm̄ Sed species sensibiles seipsas possunt facere in sensum sine omni alio agente q sint species vel sensus ergo species intelligibiles faciunt seipsas in intellectu possibili sine omni alio agente q sint species vel intellectus. Prima patet per se. Secūda vero probat ex hoc q multe species sensibiles sunt sensibilia tactus et gustus que seipsas faciunt in sensibus. Et ex hoc sequitur q super vacuū sit ponere intellectū agentē. Et cū nullū vacuū sit in natura sequitur q non erit intellectus agens. Dico ad hoc q specierū sensibiliū quedā sunt actue p se. quedā vero non et ille indigent aliquo agente ⁊ siue sint actue per se siue non. Nō tamen agūt szm seipsas in sensibus sed agūt in suis obiectis. Obiecta em̄ sunt prima mouentia sensus. Et propter hoc illa est falsa que supponit q species sensibiles agunt p seipsas in sensibus. vt latius. ij. de ania. ¶ Quidā aūt dixerūt eū esse in habitu et specie prime cause. Quidā habitū principiorū. Quidā aūt cū habitū qui est in omnibus spectebus intelligibilibus. Alij vero dixerūt ipsam esse intelligentiam separatā decimi ordinis Immo dixerūt q cū intelligentie moueant nō mote sicut desideratū mouet desiderantem. xij. prime phie. Ideo dixerunt q intelligentia agens mūdi terreni mouet intellectū possibilē humane anime sicut desideratū mouet desiderantez ita scz q sicut anima celi mouet celū ita q conformetur intelligentie agenti. Ita etiā intellectus humanus possibilis mouet hominem ad hoc q conformetur intelligentie decimi ordinis. Et hoc modo fluūt bonitates ab intelligentia agente ad intellectū possibilem. ¶ Vnde szm Auicennā in. xj. sue metb. duplex est ordo intelligentiarū separatarū.

Primo		Prima que est motor vniuersitatis et principiū primū totius esse
Quedā eū	est intelligentia	Prima mouet celū vniforme qō est primū mobile.
		Secunda mouet speram stellarum fixarum.
		Tertia speram saturni.
		Quarta speram Jouis.
		Quinta speram martis.
		Sexta speram solis.
		Septima speraz veneris.
Secūdo	In decē ordinib⁹	Octaua speram mercurij.
		Nona speram lune.

De decima vero sic dicit. Decima est intelligentia a qua fluit supra nostras animas. Et hec est intelligentia mundi terreni. Et vocamus eā intelligentiā agentez. Et ex hoc accipitur q intellectus agens est intelligentia separata decimi ordinis intelligentiarū secūdarū. Immo in veritate sequentes Auicen. dixerūt intellectū agentez esse intelligentiam separatā et irradiare supra intellectū possibilem in animalibus. Et hoc q intellectus agens non determinat aliquā pteritum nec recipit aliquid a phantasmate. Et in his duob⁹ conuenit cū intelligentia angelica separata. Sed tamen differūt in hoc q actus intellectus agentis est super phantasmata abstrahendo vniuersale a phantasmatibus qō nō facit intellectus angelicus. Vnde et propter hec duo in qbus cōuenit cū eo dicitur ab Alga. q non est in corpore. Neq̄z em̄ est in corpore vt virtus sua in organo corporis sicut vires anime sensibilis. nec in corpore vt recipiens a phantasmatib⁹ corpm̄ sicut intellect⁹ possibilis. Cū aūt ordines intelligentiarū szm Auicen. determinentur szm ordines ⁊ numerū mobiliū. Sicut etiā apertissime declarat phs. xij. prime phie. Et intellect⁹ agens quem dicit esse decimam intelligentiā monear hominem et animā hūanā non erit intelligentia agens extra hominem et animā humanā ergo peccant omnes dicentes animā esse intelligentiam. Quare dōm latius szm Alpherrotm et dominū Albertuz insequentes Aristo. dicentes celū non habere animā preter intelligentiā anime similē vrō. Dico intellectū agentem humanū esse coniunctū anime humane et esse simplicem et non habere

intelligibilia sed agere ipsa in intellectu possibili ex phantasmatib⁹. sicut expresse dicit Apher. in cōmento libri de aia. Ex quibus pz ꝙ intellectus agens nō est aliud ꝙ⁹ intellectus quo est omnia facere. Et intelligitur de omnibus intelligibilibus. qz ipse agit oia intelligibilia ꝟm pbm. iij. de aia. Et hec de diuersitate intellect⁹ agētis ꝟm phos.

Notandum secundo

ꝙ talis intellectus agens. iij. de anima vocatur ars habitus ꝛ lumē Ars ideo qz sicut p artē artifex disponit materiā ad educendū formā ita intellect⁹ agens cōuertit se ad phā tasmata ex quib⁹ species intelligibiles educit p depurationē a mā et ab oībus appendi' tijs māe. Habit⁹ vero vocat in ꝓpatione ad intellectū possibilē. Nā intellect⁹ possibilis est in ḡne intelligentiū ponia pura. Sed ponia ꝓpat ad agens sicut priuatio ad habitū .ix. meth. Ideo intellect⁹ agens cū sit principiū spērū intelligibiliū ꝺz agens et est vt habitus et intellectus possibilis qz recipit spēs erit vt priuatio Dicit aūt lumen ido qz colores sine lumine nō pnt videri ꝛ recipi medīū. ij. de aia Ideo species intelligibiles nō pnt recipi in intellectū possibilē sine agente. Ex qbus pz ꝙ intellectus agentis due sunt proprietates. Vna est abstrahere species a phantasmatibus Et ideo talis proprie' tas ꝙuenit ei p ꝓpationē ad phātasmata. Scōa est illuminare tales species tractas. que ꝙuenit ei p ꝓpationes ad intellectū possibilem. ¶ Sed cū querit quare inter imagina tiuā et intellectū possibiles est talis ponia media puta intellect⁹ agens abstrahens spēs a phātasmatibus. Dico ꝙ causa huius est qz sensus cōis ꝛ imaginatio sunt eiusdē speciei. cū ambe sint ponie māles. Et ido vna pt bene agere in aliā sicut sensus cōis in imagina' tionē species in ipam reponendo. Sz ponia imaginativa et intellectus possibilis nō sunt eiusdē speciei sed diuersarū. qz ponia imaginativa est species anie sensitiue Sz in. ellect⁹ possibilis est species anie rōnalis ꝛ sic potētia imaginativa est mālis Et similiter species quas in se recipit sunt māles et sensibiles. Intellect⁹ vo possibilis est ponia spūalis Sed qz māle non agit in spūale Ideo nec ponia imaginativa agit in intellectū possibilē imme diate quare necessaria est potentia intermedia spiritualis inter imaginativā seu etiā phā tasticā poīam et intellectū possibilem vt est intellectus agens.

Notandum tertio

De intellectu possibili Qui est intellectus quo ad omnia fieri. Et intelligit sic. In quo vt in subiecto est fieri oia intelligibilia ex talis ꝟm pbm est ponia passiua. si passio large sumat ad phisicā et nō phisicā ꝟm qō diffinit. v. meth. scz ꝙ ponia passiua est principiū transmutationis ex alio ꝟm qō est aliud. Intellect⁹ em̄ possibilis transmutatur ex alio qō est intellect⁹ agens et sua transmutatio est exit⁹ de ponia intelligendi ad actū intelli' gendi vt lati⁹ ibidē. ¶ Et illius intellectus possibilis tres sunt gradus ad sciam. sed ad intelligibile nō sunt nisi duo. Scia em̄ est habitus constitut⁹ ex cōpositione intelligi bilium et propter hoc prius ponere gradus ad ipam est intellectus hūanus ydealis qui de nūero ꝛ natura est scia. Scōs aūt est hitus pncipiorū qui sunt ḡsi instrumenta ad acqui rendā sciam. Tert⁹ aūt hz sciam et pt ꝟsiderare quādo sunt Ad intellig bile aute⁊ non sunt nisi duo grad⁹ scz aute intelligere et sub eo qō intelligere nō hz dispōem p̄cedentē se in intellectu possib li. Et talis intellectus possibilis ꝟm subam ꝛ ponam est icorrupti bilis sed corruptibilis est p accns scz p actū q est in ipso. Et hec corruptio nō est nisi ob liuio intelligibiliū sicut pz. iij. de aia

¶ Diuidit aūt Aristo. intellectū in duas potentias. Vnā dicit qua ē omnia facere et hanc vocat intellectū agentē. et aliā qua est omnia fieri et hāc vocat intellectū possibilē. ¶ Dicitur aūt agens qz abstrahit spe cies a phātasmatibus. ꝛ ponit eas in intellectu possibili qui dicitur possi

bilis. qz recipit eas possibiliter. quoniā nec actu hz eas anteq̄ recipiat spe cies. Et loquor de eo prout intelligit intellect⁹ i intellectu acquisito. Ha bet enī naturaliter intelligere primū ens aliquo modo q̄ de hoc forsitan dicitur inferi⁹. ¶ Et si queritur quare inter imaginatiuā et intellectū possibilē ē potētia media que abstrahit. Respōdeo ꝙ sensus cōis ꝛ imagi natio sunt eiusdē anie sez sensibilis. Imaginatio āt sine phātasia cū in tellectu possibili nō est eiusdē spēi sed diuersarū differētiarū. Diuersarū quoniā altera est sensibilis altera rōnalis. ¶ Sciendū tamē

Unde intelligibiliū quoddā est simplex et indiuisibile et huic correspondet intellectus possibilis qui vocat intellectus recepti⁹ specierū intelligibiliū. Aliud est intelligibile ꝓpositū et tale est duplex Nā quoddā est cōpositū ex simplicib⁹ intelligibilib⁹. ꝛ tale intelligibile pt dici enūciatio ꝛ huic correspōdet scōa opatio intellect⁹ que est ꝓpositio et diuisio. Vel sibi corrūdet scōa opatio intellectus que vocat intellect⁹ ꝓposit⁹. Alliō est intelligibile ꝓpositū qō ꝙ ponit ex intelligibilib⁹ ꝓpositis qō est intelligibile syllogi stici et huic corrūdet tertia opatio intellectus vt est ratiocinatio vel discursus. et inde sibi correspondet tertia species intellectus que vocat intellectus discursiu⁹ vel rōcinati uus et hoc ḡtū ad intellectū agentem. Sed ḡtū ad intellectū possibilem vocatur intel lectus apprehensiu⁹ vel recepti⁹ discursus

Notandum primo

Qz ꝟm textū vtrūqz intelligibile scz tā ex simplicib⁹ q̄ ꝓpositis subdiuidit qz intelli gibile ꝓpositū ex simplicib⁹ vel est necessariū et sic sibi correspondet spēs intellectus p quā intelligitur et apprehendit p que spēs vocat intellectus speciali nomine vel vocat scientia Et hoc si tale intelligibile nō est per se primo cognitū sed cognitū ex cognitione pri⁹ cogniti. Sed si est per se primo cognitū sicut principiū primū tūc talis spēs intelle ctus per quā apprehendit vocaretur intellectus que species vocata est opinio ꝟm auto rē in littera. Potest etiā vocari virtus opinativa et poci⁹ q̄ opinio. Nō qz opinio pro prie est habitus acquisit⁹ vel generat⁹ ex multis probabil bus nō necessariis sed cōtin gentib⁹ ꝛ contingens inferentibus sicut pz in diffinitione opinionis quā dat textus. cui⁹ intellectus stat in hoc Opinio est assensus p quē assentitur alicui ꝓclusioni illicite cōtin genti propter assensum p quez pri⁹ assentitur probabilibus nō necessariis inferentib⁹ cū formidine de oppositō et sic proprie loquendo virt⁹ intellectus siue species que recipit in se talez assensuz q vocat opinio debet vocari opinativa Et inde pz ꝙ duplex est vir tus opinativa Una sensitiua que alio nomine ꝺz estimativa p quā ex sensatis eliciuntur non sensata. Alia est intellectiua que intelligit intelligibile contingens. qō intelligibile ꝓpositū est ex contingentibus vt dictū est.

Notandum secundo

Qz opinio ꝟm substantiam vt dicit Albert⁹ in de cocqueuis proprie est habitus ex pro prietatibus consistens in potentia intellectiua. Et tal' differt a scia in hoc. Nā scientia ē noticia rei nō potentis se aliter habere. j. pfecto. Opinio aūt dicit habitū debilem et incertū et sic opinio est rei potētis se aliter habere ꝛ ita cuz formidine de oppositō. Et q̄uis tā scientia q̄ opinio sint habit⁹. variantur tamen ꝟm materiam vtā. Nam opinio est habitus probabiliū, Scientia habit⁹ demonstrabiliū. Prudentia aūt practicorū. Et

qz probabile aliter poteſt eſſe ſequitur qz opinio eſt acceptio eoruz que poſſunt ſe aliter habere vt latius loco pzecallegato.

Notandum tertio

Qz multe ſunt acceptiones intellectus. Nã vno mõ ſumit pro tota anie ſuba ⁊ ſic dicit phus. iij. de ania. Sepat⁹ aũt ſolũ hoc qõ vere eſt et hoc ſolũ imortale ⁊ ppetuũ ẽ Secũdo capit pro poña intellectiua ⁊ ſic diuidit in intellectũ agentẽ ⁊ poſſibilẽ. iij. de aia Tertio cap̃t intellectus pro habitu primoz̃ ꝓcipuoz̃ vt. ij. polle. Vbi Egidi⁹ ponit triplicẽ dz̃ intellect⁹ a ſcia. Et. vj. ethi. vbi oñditur qz p̃ter vrtutes morales q ordinant ad opationem boni neceſſe eſt ponere habitus intellectuales ad cognitionem veri ptinentes inter quos habitus intellectus numerat. Quarto pro actu intelligendi ſic dicimus aliquem habere bonũ intellectũ i. actũ ⁊ modũ intelligendi et ſic vnus vnã rez melius intelligit q̃z alter. qz profundius ſpeculatur propter bonitatez cõplexionis ⁊ excellentiã v.rtũ corpaliũ que mu'tũ famulantur pro intellectione. Juxta illud anime requirtur corpora per phm in de viſionomia. Vltimo capit pro re intellecta et ſic dicim⁹ qz in ſeparatis idem ſit intelligens et intellectũ vt. xij. meth.

Sciendũ tamẽ qz intellect⁹ diuiditur ſicut intelligibile. Intelligibile enĩ quoddã eſt diuiſibile quoddã indiuiſibile. Si ſit indiuiſibile ſimpley ei correſpondet intellect⁹ ſpẽi receptiu⁹ ſm quod ſpẽs que pri⁹ erat ĩ ſen ſu fit poſtea in imaginatione et vltimo in intellectu. ¶ Itẽ intelligibile ſi ſit diuiſibile ſiue cõpoſitũ hoc eſt dupliciter. aut ẽ cõpoſitũ ex ſimplicib⁹ termis aut ex cõpoſitis. Si ex ſimplicib⁹ ſic eſt enũctiatio. Sz enũctiationis duplex eſt apprehenſio ſm duplicẽ cõpoſitionẽ. Aut enĩ ẽ cõtingens ſic eſt opinio. aut neceſſaria ſic facit intellectũ. Si vero itelligibile ſit ex cõpoſitis cõpoſitũ vt eſt ſillogiſm⁹ vel alia rõcinatio. aut ẽ ex neceſſarijs cõcluſuz et ſic accipit ĩtellectus pzincipia cõcluſionis. aut ex cõtingẽtib⁹ ⁊ ſic itelligit cõtingẽs ⁊ tũc vtrũqz accipit opinionẽ ſm qz opio dicitur vir⁹ opinatiua que forte idẽ eſt ĩ hoie cũ eſtimatiua. Sed credo qz tũc cõtingit ponere duplicẽ eſtimatiuã et dixi virtus opinatiua eſt opinio. qz opio eſt habit⁹ gñatus ex multis probabilibus nõ neceſſarijs. Aut eſt cõcluſuz ex cõtingẽtib⁹ et neceſſarijs vel ex vno cõtingẽti ⁊ altera neceſſaria ⁊ ſic accepta nõ eſt vir⁹ vna ſ̃ due virtutes ⁊ pot dici qz ea accipit ratio que eſt cõſtructiua et ordinatiua et extendit ſe ad opi

nabilia neceſſaria ſm ſui diuerſas ptes. ¶ Notãdũ intellect⁹ dicitur multis modis. Eſt ãt aliquãdo intellectus potentie nomẽ. ⁊ ſic hz duas differentias ſez agens ⁊ poſſibilis. Aliquãdo eſt nomẽ ſpẽi in intellectu poſſibili recepte prout ipſa ſpecies pficit poſſibilẽ intellectũ et ſic tũc dicitur intellect⁹ formalis. Et etiã intellectus dicitur quo intelligimus. Varia acceptio vocis intellectꝰ

¶ Cũ aũt ipſe poſſibilis intellectus iã eſt pfect⁹ ex vnione ſpẽi cũ ipſa tũc dicitur intellect⁹ in effectu et tũc eſt intellect⁹ qui intelligit. Et hoc dupliciter. Quãdoqz cõuertitur cũ ipſa potẽtia ſupra ipſaz ſpẽz quã hz et tũc eſt actu intellect⁹. Vel quãdoqz nõ cõuertitur ſupra ipſaz ſpeciez tũc eſt intellect⁹ in hitu. Quãdoqz vero p cognitionẽ pricipioz̃ pre habitã venit intellectus ad cognitionẽ alicui⁹ concluſionis tunc dicitur intellectus adeptus.

¶ Sciendum autem

Vñ ania rõnalis qz hz diuerſa officia. Ideo etiã ſm hoc hz diuerſa noia que idẽ ſignificãt ſm diuerſas rõnes ab illis diuerſis offitijs ſumpta. Ania ẽm rõnalis vocat intellectus ingẽtũ hz offitiũ apphendẽdi. i. qñ intelligit ⁊ pſeruat. Nã apphẽdere ſignificat actionẽ ſz ingẽtũ ania rõnalis hz offitiũ appetendi et eligendi tũc dr volũtas cũ eligit et proſeqt̃ inter duo bona magis bonũ. ſed dũ ambo facit. i. dũ hz poñam ad oppoſita ſez quo ad facere ⁊ nõ facere tũc dr liberũ arbitriũ. ſed qñ cõfert ad apprehendendũ tunc vocat rõ et ſic rõ ſtupponit intellectũ. ſed vocat ingeniũ qñ ania rõnalis inuenit aliquo de nouo. Vñ p interpoſitionẽ dicit dns Aug. in lrã qz ſolertia nõ eſt poña ſed dr bonam diſpoem ipſi⁹ ingenii. que ſolertia vocat inuentio medij in tpe nõ proſpecto qõ eſt dicere. Solertia eſt abilitas ingenij que eſt apta nata inuenire mediũ vel cãm ad concludendũ aliquã pcluſionẽ in tpe nõ proſpecto. i. in tpe indeliberato ⁊ ſubito vt dr phs in. j. poſte. in fine. Sed vis rationalis vocat qñ diſcernit et deliberat et iudicat ⁊ hic conotat diſcretionẽ. deliberationẽ et iuditiuz.

Notandum primo

Qz due ſunt ſpẽs intellect⁹ cognitiui. Quarũ vna vocat intellect⁹ ſpeculatiu⁹. Cuius offitiũ eſt cognoſcere cãs rerũ et res ipſas qbus modis ſe habeãt ſm eſſe ipſarũ ⁊ ſit ioũ eſt in cognoſcere et nõ in facere qõ pz ex vi noĩs. Speculatiuũ ẽm dr a ſpeculoz ideſt cognoſco. ⁊ ideo ſpeculatio eſt opatio intellect⁹ ad nihil aliud extra gñs pzeplationis ordinata ſimpliciter. De quo dicit Albertus in de coequeuis. qz intellect⁹ poſſibilis non eſt habens habitũ niſi in porentia. Cum ẽm diſtinguitur poſſibilis intellectus a ſpeculatiuo nõ diſtinguitur ex pte ſubiecti ſed ex pte porentie et actus. Poſſibilis ẽm eſt qui eſt in porentia. et ſpeculatiuus eſt qui eſt in actu et pzopter hoc a phis pocius dicitur gradus intellectus ipſius q̃z alius intellectus. Alia ſpecies eſt intellectus practic⁹ vt eſt ille qui cognitũ extendit ad opus. Naz dicitur a pzaxis. i. operatio. Praxis ẽm eſt opatio hominis ſm electionẽ et ſic officiũ practici eſt verũ in ordine ad opus. Flam. ij. meth. Theorice quidẽ ſcientie finis veritas eſt. practice vero opus. Vnde tales due ſpẽs non

Liber quintus

differūt realiter sed tm̄ rōne Nā idē dicit intelleet⁹ speculatiu⁹ et practic⁹ sm diuersas rōnem q̄ intēctū intelligit aliquid absolute tūc vocat speculatiuus Sed intēctū tale per rōnē apprehensam extenditur ad opus vocat practic⁹. Vnde dicitur. iij. de aīa. Intellectus speculatiu⁹ sola extensione ad opus fit practicus. Et sciag q̄ diuersitas accidentalis obiectorū non arguit diuersitatem potentiarum. vt homo albus et niger licet sint diuersa obiecta accidentaliter tamen nō diuersificat potentiam visiuā. Cōstat aūt q̄ intellect⁹ speculatiu⁹ z practicus nō differūt nisi accidētaliter q̄ p esse absolutū et p cē ad op⁹ extēsū. Talis g⁹ diuersitas nō facit diuersitatē cēntialē iter speculatiuū z pcticū

Notandum secundo

Q⁹ intellect⁹ practicus diuiditur sm diuisionē boni. Sed bonū aliqđ est vle. aliud p⁹ ticulare. Vñ cū intellect⁹ practicus apprehendit bonū in vniuersali et non in pticulari tūc vocat sinderisis et est habit⁹ innatus intellect⁹ practici respectu principiorū opabi liū cui⁹ act⁹ est remurmurare malo z inclinare ad bonū. sic aīa hūana p hāc pte semp aduersat vicijs z ppetrata mala ꝓtinue arguit. Et de ista vtute pt intelligi dictū Boe in de conso. phi. dicentis. Sūma retinena singula perdit qđ est dicere sinderisis est retinens summa. i. vniuersalia bona pdens singula. i. dimittens pticularia. Si aūt intellect⁹ practicus apprehendit bonū in particulari hoc vel illud tūc hz sub se duas poñas. Vnā per quā ꝓtemplat bona eterna z ista poña vocat propzio nomine poña intellectiua et aliā potentiā per quā simul ꝓsiderat superioza et inferioza et talis primo nomine habet impositio vocat intelligentia apud phos sed vocat angelus apud theologos. Secunda vero poña vocatur ratio et differunt a prima poña scz intelligentia. Naz intelligentia apprehendit bona eterna simplici intuitu sine ꝓpatione ad bona tpalia Hz ratio apprehendit bona supioza quodāmodo discursiue per ꝓparationē ad bona tpalia ¶ Et hec species que vocat rō subdiuiditur in duas species Quarū vna vicz superior vocat vir et inferior vocatur mulier. Sic enī vocat vir pro tanto q̄ perfectior est nā hec pars ꝓtemplat superioza et rō isto modo considerans vocat vir propterea q̄ illa ꝓsideratio est perfectissima sicut natura viri et complexio est pfectior et nobilior complexione mulieris Et ad hoc allegat Alber. Augustinū sup illud Corinthco. xij. c. scz Virum non decet velare caput qđ sic potest intelligi q̄ vir non debet velare caput suū. i. nō debet se abscondere a contemplatione superiorū. Nā sm istā partē rō iudicat de eternis z ergo dicimus cōiter q̄ vir est gloria dei et imago. Gloria em̄. i. gloriosum opus sm Archidiaconū in ca. hec imago. xxxiij. q. v. et hoc q̄ potentior et glorioſior apparuit de⁹ in creatione viri q̄ mulieris. Precipue em̄ per virū manifestata est gloria dei. Nā fact⁹ est a deo de limo terre cōtra naturā. Sed femina facta est de costa ade. Secūdo ideo q̄ vir factus est a deo nullo mediante. sed femina non. Tertio q̄ vir glorificat principaliter. i. nullo medio. Sed femina mediante viro. Nā vir mulierē docet z instruit ad gloriam dei sm ipsum Archidiaconū vbi. Et de hoc vide Glo: notabilē in verbo Iuris dictio. in. c. dilecta. de maio: et obe: Secunda pars rationis vocatur mulier que est inferior apprehendens inferioza Et hoc sm cōparationē ad superioza. Et sm. b. Aug. pars superior que vocatur vir inheret contēplādo eternis rōibus ideo beat⁹ August. dicit q̄ ratio inheret eternis rationibus z non solū dicit q̄ inheret eternis q̄ ad partem inferiorem que mulier dicitur inheret operabilibus et non eternis Et sic in superiori parte que dicitur vir est species que est habitus cognitiu⁹ principiorū primorū cuiusmodi sunt ista bona eterna et superioza de quibus contēplatur ista pars supior rationis. In qua etiā superiori parte dicit esse imago sancte trinitatis. i. dicitur esse similitudo sm quam anima rationalis dicitur similis sancte trinitati que similitudo consistit in his videlicet intelligētia. memoria. et voluntate. que tres potentie sunt vna in re sz differunt rōnib⁹. recte sicut individua sancta trinitas est vna vicz in essentia et trina in personis. et sic intelligentia cuz memoria et volūtate simul sunt in ratiōe et precipue in supiori pte que vocatur vir. Sed in parte inferiori que vocat mulier cōsistit prudētia quia prudentia est habitus cognitiuus operabilium a nobis dirigens ea sic q̄ bene fiant moraliter. Et quia operabilia a nobis sunt inferioza bona. Ideo in hac inferiori parte dicitur esse prudentia.

Summularum Alberti

Notandum tertio

Circa predicta q̄ ratio et intelligentia. q̄ contemplantur eterna que non sunt a nobis operabilia et per nostram voluntatem. Ideo magnā conuenientiam habent cum intellectu speculatiuo. Differunt tamen in hoc quia per intellectum speculatiuum apprehendimus superioza bona et eterna non solum ista sed etiam inferioza temporalia sub ratione veri scilicet ēntum ad eorum esse et quiditates non habendo considerationem an sint bona vel mala. Sed intelligentia et ratio contemplantur de eternis sub ratione boni z appetibilis speciali consideratione scilicet q̄ talia sunt bona et eterna: q̄uis non a nobis operabilia tamen ꝓpter ipsa ad acquirendum ea circa inferioza debemus operari. Et hoc sufficit ad intellectum practicum vel q̄ de ipsis est intellectus practicus.

¶ Sciendum autem q̄ anima rationalis: intellectus: ratio: ingenium Vis rationalis: Voluntas: liberum arbitrium: idem sunt in re. sed ratione differunt. Intellectus dicitur dum rem apprehendit per species intelligibiles. Ratio dum confert. Ingenium dum inuenit. Solertia autem non dicit anime potentiam sed quandam bonā ingenij dispositionem que est cause vel medij inuentio non in tempore prospecto. Sed Vis rationalis dum discernit et deliberat et iudicat. Voluntas autem appetit: eligit. Liberum arbitrium vtrumq̄ facit. ¶ Sed hoc aduertendum q̄ licet in anima rationali eadem Vis sit apprehensiua et motiua. propriie tamen apprehensiua dicitur intellectus. Voluntas autem motiua dicitur. Ratio autem prout est cognitiua et motiua differt ab intellectu in modo cognoscendi z modo diuidēdi quoniā intellect⁹ apprehēdit esse rei absolute et quiditatē absolute. Ratio aūt est in collatiōe vni⁹ ad alterum.

¶ Intellectus vt est potentia cognitiua diuiditur. Quia quidam est intellectus qui cognoscit Verum sub ratione Veri et talis est speculatiu⁹ Alius est qui cognoscit Verū sub ratione boni existentis vel apparētis. et talis vocatur intellectus practicus. Iste aūt qui cognoscit Verum sub rōne boni diuiditur. q̄ bonū aut est Vniuersale aut pticulare. Si Vniuersale sic vocatur sinderisis que sp tēdit ad bonū Vniuersale z malo ēmur

N. Anima rationalis, intellectus, ratio, ingenium, vis rationalis, voluntas, liberum arbitrium idem sunt in re, sed ratione differunt.
Intellectus.
Ratio.
Ingenium.
Solertia.
Vis rationalis.
Voluntas.
Liberum arbitrium.
Intellectus speculativus.
Intellectus practicus.
Bonum vniversale.

